

**Bavaria Sancta Maximiliani Sereniss. Principis Imperii,  
Comitis Palatini Rheni, Vtrivsq. Bav. Dvcis Avspiciis**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, 1615**


---


[urn:nbn:de:hbz:466:1-79686](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79686)





Th. 945a.

K  
V  
13









SERENISSIMO PRINCIPI  
MAXIMILIANO,  
COMITI PALATINO RHENI,  
MAGNO PRINCIPI BOIORVM,

MATTHÆVS RADERVS  
E SOCIETATE IESV

Salutem, felicitatem, & multos annos.

**R**Itè & ordine facis, MAXIMILIA-  
NE PRINCEPS, cùm popularium  
SANCTORVM, qui olim in terrâ  
Boicâ vel nati sunt, vel in eadém  
versati, velibidem denati, curam suscipis, vt  
ipsi vicissim tui, tueq; gentis tutelam gerant;  
nunquam enim gratis coli se patiuntur SAN-  
CTI. Et sanè si rem ad veras rationes exigere  
velimus, omnium imperiorum felicitatem à  
sanctissimis religionibus pêdere ex omni an-  
tiquitatis sacrâ & ciuili memoriâ deprehen-  
demus. Semper enim armorum potentia,  
virtus potior fuit & religio. Ita tres maximi  
nominis Christiani Principes, gentiumque  
victores, Constantinus, Theodosius, Caro-  
lus Magnus nos docuere, qui non solum suis

A 2 religi-

EPISTOLA AD SERENISS.

religionibus supremum numen sanctissimè adorauerunt; sed eos etiam, qui pro testando Christi nomine & numine sanguinem per omnia ultima supplicia expéderunt, religiosissimè coluerunt. Constantinus certè Eusebio Cæsareæ Palæstinæ antistiti negotium dedit, ut ex omni orbe purpuratorum Christi testium dicta, facta, vitasque & mortes in litteras mitteret, & omni posteritati legēdas consecraret. Idem ferunt à Theodosio curatum. De Carolo Magno nulla dubitatio est, Vñuardum religiosissimum & doctissimum virum ad fastos Martyrum, ut illos Tertullianus appellat, componendos impellente.

Iam Romana Ecclesia omnium gentium Magistra, reliquis omnibus exemplo præiuit, cùm, auctore Clemente, septem Principes Diaconi, heroum Christianorum res gestas, per distributas vrbis regiones collegere, & in acta Martyrum misere. Quorum studio excitatae singulæ populorum Ecclesiæ suos conquirere sanctos, & per Calendas & annum digerere instituerunt. Hinc natit tot libri Natalium Sanctorum, tot Græcorum MENÆA, MENOLOGIA, TRIODIA, HOROLOGIA, quibus

quibus docetur, quo quisq; die menséque celebrandus & colendus sit. Hinc omnes Christianæ prouinciæ, regna, Episcopia, paroeciæ PROVINCIALES SANCTOS in tabulas retulere. Hinc singulæ prope vrbes certos quosdam & peculiares Diuos magno Reipub. bono venerantur. Iam religiosæ familiae SS. Benedicti, Dominici, Francisci, aliorumque suos quoque domesticos ex suo corpore sanctiūs defunctos annotauere, publicisque tabulis edidere. Poterant his & debebant orbis totius Christiani documentis etiam illi moueri, qui hodie bellum impium Sanctis indixere, horum cineres & manes, ritu canum cruere, & vel igni, vel vndis damnauere, ipsos etiam Diuos crematuri vel mersuri, si copia illorum foret,

*Quod genus hoc hominum, quæne hunc tam barbara morem  
Permittit patria? hospitio prohibemur arena.  
Bella crient, primaque vetant consistere terræ.  
Si genus humanum & mortalia temnitis arma,  
At sperate Deum memorem fandi atque nefandi.*

Sanè etiam gigantum more, theomachi in cælum ituri, si per ipsos sit, ut inde Georgios, Catharinas, Christophoros, Hippolytos deturbent, atq; ex rerum natura deletos omnino tollant, aboleantque.

EPISTOLA AD SERENISS.

Vellos Diui, Diu&g; omnes

Sed pr&estat motos componere fluctus.

Nos, quo infestiùs illi in superos feruntur,  
hoc maiore veneratione eosdem more maio-  
rum prosequamur; Audirent nobiscum san-  
ctissimum & doctiss: Ambrosium: HONORO,  
inquit, IN CARNE MARTYRIS, EXCEPTAS PRO  
CHRISTI NOMINE CICATRICES: HONORO PER  
CONFESIONEM DOMINI, SACRATOS CINERES:  
HONORO IN CINERIBVS, SEMINA ÆTERNITA-  
TIS: HONORO CORPVS, QVOD MIHI DOMINVM  
MEVM OSTENDIT DILIGERE; QVOD ME PRO-  
PTER DOMINVM, MORTEM DOCVIT NON TI-  
MERE: HONORO CORPVS, QVOD CHRISTVS  
HONORAVIT IN GLADIO; QVOD CVM CHRI-  
STO REGNABIT IN CÆLO. Adirent nobiscum  
ductore Chrysostomo, Sanctorum tumulos,  
eosdémque contrectarent, summaque fide &  
religione complecterentur, vt aliquem inde  
spiritum pietatis haurirent. *εν τῷ πανδεσ*, ait Gre-  
gorius ille cælestium literarum interpres co-  
gnomento Theologus, *αἵματος μόνον, οὐ μικρὰ σύμβο-  
λα πάθει, οὐτα δρῶσι τοῖς σώμασι, οὐ σώματα οὐτα ταῦς αγίας ψυχαῖς.*  
*Quorum vel exiguae sanguinis stillæ, vel modica necis indicia idem possunt, quod*  
*corpora; corpora, quod sanctæ ipsorum animæ. Sanctæ facis, opti-  
me Principum, quando ad sanctæ antiquita-  
tis exemplum non solum receptas cælo San-  
ctorum mentes veneraris, sed exuuias etiam*  
*corpo-*

corporum Sanctorum in terris vndique con-  
quiris, annales vitæ discis, rerum gestarum  
memorias eruis, & in lucem profers, non con-  
tentus notissimis tantum, & celebratissimi  
nominis Sanctis Bauariæ, RUPERTIS, BONI-  
FACIIS, EMMERAMMIS, SEVERINIS, VALEN-  
TINIS, CORBINIANTIS, HENRICIS, CVNE-  
GVNDIS, OTHONIBVS, ELISABETHIS, HED-  
VVIGIS, colendis, & ante hac semper cultis:  
omnes etiam alios populares sanctos in vul-  
gus minùs notos celebrare studies, dum sin-  
gulos tam accuratè curiosèque inuestigari,  
tam studiosè conscribi, tam eleganter cæla-  
ri curasti, ac si id vnum in omni vitâ ageres &  
cogitares: Ipsi superi tibi sine dubitatione  
hanc mentem iniecerunt, qui suum tibi pa-  
trocinium, tot beneficijs prouocati nūquam  
negabunt. Nec vllus dubito, quin omnes ad  
tui, patriæque custodiam properent, tuæq;  
salutis, à quâ publica nunc pendet, curam vñ-  
tro suscipiant & profiteantur. quid enim est  
aliud RELIGIO PRINCIPVM, quam TUTELA  
REGNORVM?

Quòd frontem libri, titulo BAVARIAE  
SANCTÆ insignitam vides, facile pro tua

A 4 sapien-

EPISTOLA AD SERENISS.<sup>101</sup>

sapientiâ cognoscis ex re natam esse appella-  
tionem. Nam vt omnes Boicæ terræ partes  
circumspicias, nullum ferè locum inuenies,  
vbi non illustria sanctitatis religionis queve-  
stigia deprehendas; vrbes, oppida, fora, pa-  
gi, vici, agri, siluæ, montes, valles, Catholi-  
cam & priscam religionem in Bauariâ spirant &  
ostendunt. Plena omnia sacris ædibus, am-  
plis Cœnobijs, nouis Collegijs, augustissimis  
Templis, innumeris passim ædiculis, religio-  
fissimis sacrarijs, suburbanis cippis, peregri-  
norum xenodochijs, ægrorum nosocomijs,  
miserorum Adelpho-geronto-orphanotro-  
phijs. Tot ditia antistitum Episcopia; tot  
ample Pontificum sedes; tot sacri Canonico-  
rum coetus & cathedræ; tot vbiq; per omnem  
prouinciam nobiles parœciæ; tot religiosi  
sacrorum hominum ordines; tot religiosorum  
asceteria; tot sacrarum virginum con-  
tubernia & parthenones, tot sacra sepulto-  
rum passim ossaria, tot publica vrbium coe-  
meteria, tot pia conditoria, sancte q; cryptæ.  
Magnam denique in Boicâ, terræ partem sa-  
cra continent, vt labor sit singulorum nume-  
rum inire, cum tota regio, nil nisi religio, &  
vnum

vnum quoddam commune gentis templum  
videatur.

Quid de religiosissimis ædibus, prodigiorum, & votorum, anathematumque miraculis inclitis dicam? Ascendamus Andecensem montem, qui à sanctitate nomen accepit, & est quodammodo commune Cælitum Mausolèum; tot ibi Beatorum seruantur cineres, tot pignora sanctitatis custodiuntur, quæ à frequentissimis tam aduenis, quam indigenis adeuntur, qui noua quotidie beneficia, Deo Diuīsque gratulantur.. Descendamus ad multas & religiosissimas Saluatoris nostri sedes, vbi sacratissimus illius sanguis, & sanctissimum ipsius corpus miraculo cognitum, quatuor aut quinque templis adoratur. Iam magna DEI Mater, & Cæli imperatrix, augustissimaque Virgo, quot locis consecratis colitur, vbi quotidie miseris auxilia, quæ naturæ vim excedunt, mortalibus porriguntur.

Celebratur notissima & nobilissima, antiquissimæq; sedes Oetingana; visitur frequenter Virgo Ætalensis; colitur assiduè Duntenhusiana, Aufkirchensis, Bobergiana, Allerstorffensis, Beisenbergiana, & in regiâ Boiorum

EPISTOLA AD SERENISS.

rum, ad cryptam Monacensis; alibique pa-  
sim aliæ non paucæ. Habent & Diui sua no-  
bilissima templorum domicilia, vbi suppli-  
cantibus succurrunt, & mille morborum ge-  
nera pellunt, mille corporum vitia emen-  
dant. D. SEBASTIANVS Eberspergæ, QVIRI-  
NVS Tegorij, BENNO Monachij, LEONAR-  
DVS, NANTVINVS, RATHO seu RASSO, suo  
quisque, aliique complures, templo hono-  
rati; & quasi commune omnium domicili-  
um Andexij, qui locus est omnium ægrorum  
& miserorum, publicum quodammodo ja-  
trion & asylum. Sed hæc omnia velut au-  
ctarium accessûre nominis BAVARIÆ SAN-  
CTÆ indigetandi. Mihi Diui ipsi titulum  
suggererunt, qui vel in Boicâ sunt nati, vel  
ibidem, vt supra monui, extincti, vel in eâ-  
dem aliquamdiu morati, eandem præclaris  
factis illustrârunt; quos tua, magne Prin-  
ceps, auctoritate scribendos jam olim susce-  
pi. Quantum ergo tibi jam omnis Boica San-  
ctis suis auctior & beatior, quos ipsa non om-  
nes agnoscebat, debeat, grata cum ipsis Di-  
uis popularibus agnoscit, qui tuis auspicijs è  
tenebris in lucem quasi denuo nati, tui me-  
mores,

MIHI

mores, viuo, mortuōque gratiam reponent.  
Sed Deus Opt. M. Sanctorum omnium san-  
ctissimus conditor faxit, vt illis olim accen-  
sus, & ipse inter illos & cum illis, quod etiam  
atque etiam vouemus, triumphes & colaris.  
Monachij; Calendis Ianuarijs. c. 15. 15 c. xv.)



SANCTO-

SANCTORVM BAVARIAE  
SYLLABVS CHRONICVS  
VOLVMINIS PRIMI.

Anno Christi.

		Die. Mensē.
CLXXXII.	S. LVCIVS ex Rege Christianæ legis in Norico Doctor.	III. Non. Decem.
CCLXXXIV.	S. MAXIMILIANVS M., & Archiepiscopus Laureac:	IV. Id. Octob.
CCXCVII.	S. FLORIANVS Tribunus & Martyr.	IV. Non. Maij.
CCCIII.	SS. AFRA, HILARIA, EVTROPIA, EVNOMIA, DIGNA Martyres.	VII. Idus Auguſti.
CCCVIII.	S. QVIRINVS Laureacensis pontifex.	Prid. Non. Iunij.
Post cccc.	S. VALENTINVS Episcopus Batauiensis.	VII. Idus Iunij. prid. Non. Au- gusti. & VII. Idus Augusti.
CCCCLIV.	S. SEVERINVS Abbas Bataui Boiorum.	Non. Ian. & VI. Idus Iunij
Eodem tempore.	S. MAXIMVS presbyter & Martyr Salisburg.	
Eodem tempore.	SS. LV. MARTYRES Salisburg.	
IOLXXXIX.	THEODOLINDA Regina Longobard. gente Boia.	XI. Calend. Febr.
IOCXXXVII.	GVNDELBERGA Theodolindæ filia.	
IOCXXVIII.	S. RUPERTVS Boiorum Apostolus.	VI. Calend. April.
IOCXVI.	THEODO III. Boiorum princeps.	
Eodem tempore.	S. ERENTRYDIS antifita.	Prid. Calend. Iulij.
Incerto tempore.	B. WINTHIRVS præco Christi.	
IOCCLI.	S. EMMERAMMVS seu EMMERANVS Episcopus Ratisponensis, Martyr.	X. Cal. Octob.
IOCCLXIII.	S. WICTERPVVS Episcopus Augustanus cum HERLVCA Virgi- ne, c. xc.	XIV. Cal. Maij.
IOCXCIV.	SS. MARINVS & ANIANVS.	XVII. Calend. Decembres.
IOCCLII.	S. ERARDVS vel EBERHARDVS Episc. Ratisp.	VI. Idus Ianuarij.
IOCXXX.	B. PIRMINIVS Episcopus.	III. Non. Nouemb.
IOCXXX.	S. PETRVS Ticinensis Episcopus, Boius.	
IOCXXX.	S. CORBINIANVS Episcopus Frisingensis.	VII. Idus Septemb.
IOCCLV.	S. ALTO Abbas.	V. Idus Februarij.
IOCCLIV.	B. ALBERTVS peregrinus.	
IOCCLV.	S. BONIFACIVS Episcopus Moguntinus.	
IOCCLXXXIV.	S. VIRGILIVS Salisburgensis Episcopus.	
IOCCLXXXVIII.	B. GEROLDVS Boicæ prætor.	
IOCXXXIV.	S. CAROLVS MAGNVS.	
Eodem tempore.	THASSILO Boiorum princeps.	
IOCCL.	B. RATHARDVS presbyter.	
	B. EBERHARDVS Frisingæ opilio.	
IOCCLIV.	B. RATHO seu RASSO seu RAZZO.	XV. Cal. Iulij.
IOCCLXXVI.	S. VDALRICVS in Boica natus. IOCCLXXVI. mortuus.	IV. Non. Iulij.
IOCCLXXXVIII.	S. WOLFGANGVS Episcopus Ratisponensis.	Prid. Cal. Nou.
IOCCLXXXVIII.	B. GVNTARIIVS Episcopus Ratisponensis.	
		S. HENRI

101.	S. HENRICVS Imperator.	Prid. Idus Iulij.
102.	S. KVNEGUNDIS imperatrix virgo, S. Henrici cōjunx.	V. Non. Mart.
103.	S. GOTHARDVS Episcopus Hildesaimensis. Bojus.	IV. Non. Maij.
104.	S. OTHO Episc. Babenbergensis, Pomeraniæ Apostolus.	VI. Non. Iulij.
105.	B. GVNTHERVVS Anachoreta.	VII. Idus Octob.
106.	B. REGINBALDVS Episcopus Spirensis.	
107.	B. ENGELMARVS Anachoreta.	
108.	S. LEO IX. Pontifex Maximus.	XIX. Cal. Febr.
109.	S. RAMVOLDVS Abbas Ratisponæ.	XIII. Cal. Maij.
110.	S. THIEMO Archiepiscopus Salisburgensis, Martyr.	Cal. Iulij.
111.	B. ERMINOLDVS Abbas.	IV. Cal. Octob.
112.	B. GVILELMVS peregrinus.	VIII. Idus Ian.
113.	B. MECHTHILDIS virgo.	XII. Cal. Maij.
114.	B. BERTHA Biburgenis.	IV. Cal. Martij.
115.	S. EBERHARDVS Archiepiscopus Salisburg.	VIII. Idus Augusti.
116.	B. ABBAS Anonymus.	X. Cal. Iulij.
117.	S. ELISABETHA Regina & Princeps Thuringiæ, vidua, ex Boico sanguine.	XIII. Cal. Decemb.
118.	S. HEDWIGIS Andecensis, princeps Silesiæ & Poloniæ, Henrici Bar- bativxor.	Idibus Octobris.
119.	B. ALBERTVS MAGNVS Episc. Ratisponæ.	XIX. Cal. Ian.
120.	B. BERTOLDVS S. Francisci sodalis Ratisp.	
121.	B. MARQVARDVS Monacensis, è S. Francisci sodalibus.	IV. Cal.
	Augustae elevatus.	
122.	B. FRIDERICVS Augustinianus Ratisp.	
123.	B. IOANNES CAPISTRANVS S. Francisci sodalis.	X. Cal. Nov.



B

INDEX

I N D E X  
**SANCTORVM BAVARIAE**  
**VOLVMINIS PRIMI,**  
**ORDINE ELEMENTORVM.**

A.

<i>Afra, Martyr.</i>	72
<i>Albertus peregrinus, Episcopus Ratiffonensis.</i>	69
<i>Albertus Magnus, Episcopus Ratiffonensis.</i>	148
<i>Alto Abbas.</i>	67
<i>Anianus Archidiaconus.</i>	53
<i>Anonymus Abbas.</i>	135

B.

<i>Bertha Biburgensis.</i>	130
<i>Bertoldus Monachus e S. Francisci disciplinâ Ratiffone.</i>	113
<i>Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus.</i>	70

C.

<i>Carolus Magnus Imperator.</i>	77
<i>Chunegundis, seu Kunegundis Augusta virgo.</i>	108
<i>Corbinianus Episcopus Frisingensis.</i>	63

D.

<i>Digna Martyr.</i>	20
----------------------	----

E.

<i>Eberhardus, Episcopus Salisburg.</i>	133
<i>Eberhardus, Opilio Frising.</i>	88
<i>Elisabetha Regina, vidua, Thuringiae princeps.</i>	136
<i>Emmeramus, Episcopus Ratiffonensis &amp; Martyr.</i>	46
<i>Engelmarus Anachoreta, Martyr.</i>	116
<i>Erentrudis virgo.</i>	42
<i>Erhardus, Episcopus Ratiffonensis.</i>	55
<i>Erminoldus Abbas.</i>	125
<i>Eunomia Martyr.</i>	20
<i>Eutropia Martyr.</i>	26

F.

<i>Florianus Martyr.</i>	17
<i>Fridericus Monachus Ratiffon.</i>	156

G.

<i>Geroldus Prætor Bojorum.</i>	75
<i>Gothardus</i>	

I N D E X.

8

*Gothardus Episcopus Hildesheimensis.*

110

*Gundeberga, Regina Longobardorum.*

37

*Guilelmus peregrinus.*

127

*Guntarius Episcopus Ratisponæ,*

100

*Guntherus Anachoreta.*

113

H.

*Hedvvigis Princeps Silesia, uxor Henrici Barbati.*

146

*Henricus Imperator.*

102

*Herluca virgo.*

52

*Hilaria Martyr.*

20

I.

*Ioannes Capistranus Monachus.*

158

L.

*Leo IX. Pontifex Maximus.*

118

*Lucius Rex Britanniæ.*

13

M.

*Marinus Episcopus & Martyr.*

52

*Marquardus Monachus Monachij.*

155

*Martyres LV. Salisburgenses.*

33

*Maximilianus Archiepiscopus & Martyr.*

15

*Maximus Martyr & Presbyter.*

31

*Mechthildis virgo.*

129

O.

*Otho Episcopus Babenbergerensis.*

111

P.

*Petrus Ticinensis Episcopus.*

61

*Pirminius Episcopus.*

57

Q.

*Quirinus Archiepiscopus Laureacensis.*

22

R.

*Ramuoldus Abbas ad S. Emmeramum.*

120

*Rathardus Presbyter.*

86

*Raffo, seu Ratho, ex Palatino Monachus.*

89

*Rupertus Episcopus Salisburgensis, Bojorum Apostolus.*

39

*Regnaldus Episcopus apud Nemetes.*

115

S.

*Seuerinus Abbas.*

27

T.

*Thafilo Princeps Bojorum.*

83

*Theodolinda Regina Longobardorum.*

34

I N D E X.

<i>Theodo III. Princeps Bojorum.</i>	47
<i>Thiemo Archiepiscopus Salisburg. &amp; Martyr.</i>	122
V.	
<i>Valentinus Episcopus Batauiensis.</i>	25
<i>Udalricus Episcopus Augustanus.</i>	92
<i>Virgilius Episcopus Salisburgensis.</i>	73
VV.	
<i>UVicterus Episcopus Augustanus.</i>	49
<i>UVinthirus, ex mulione Praeco Christi.</i>	43
<i>UVolfgangus Episcopus Ratissponensis.</i>	93

A V C T O R I T A S R. P. P R O -  
V I N C I A L I S.

**M**itas Sanctorum BAVARIAE à MATTHÆO RADERO Societatis nostræ Presbytero conscriptas, tabulisque imaginum adjunctas, & à destinatis Societatis nostræ Patribus cognitas probatæsq; ego MELCHIOR HARTELIVS Societatis IESV per superiorē Germaniam Præpositus Provincialis, ex auctoritate admodum R.P.N.G. CLAVDII AQVAVIVÆ in lucem edi permitto, fidemque rei mea manu & Societatis signo facio. Dilingæ. Calendis Augusti. CIO. IOC. XIV.

MELCHIOR HARTELIVS.

DEFINI-

DE FINIBVS BAVARIAE.

9

RELIGIO PRINCIPVM, TUTELA REGNORVM.




Parua sed alma Dei priesignat dextera BOIAM,  
Propinat totum VIRGO parensq; DEVUM.  
Tutatur MICHAEL calesti milite campos;  
INDIGETES seruant oppida, BOIA timas.

Ranieri Sadeler SERENISS.  
BAVAR DVC Chalcographus  
Sculpsit.

Matthias Kager Monach  
adumbravit.

B 3 DE



80

# DE FINIBVS VETERIS ET NOVÆ BAVARIÆ

## PROOEMIVM.

**N**E, quod aiunt, Cantherius in porta, statim in lamine operis offendas, quærásue, cognitis (post D. Lucium Britannum) primis Boiorum Sanctis, Quirinō, Maximiliano, Floriano, aliisque Laureacensibus & Sabionensibus, quibus tandem finibus terram Boicam circumscribam; cum hodie, deleto dudum Laureaco solum in Austriacæ gentis possessione cubet, docendus es primorum temporum rationem habitam, quando Agilolfingis imperantibus, Boica, ab ortu ad Anassum usque, siue Anesum flumen, quod Hunnos a Bois diuidebat, pertinuit; sicut ad Occidentem Lyco ab Alemanis seu Sueuis distinguebatur, hodiisque distinguitur. Versus Meridem ad Tridentinum usque agrum & alpes Italiæ porrigebatur. A Septentrione Danubio claudebatur, ita ut Paulus Diaconus veterem Boiorum regionem omnem, Suevia, Italia, Pannonia, & Danubio definiat. Verba Diaconi sunt: *Noricorum siquidem Provincia, quam Ba-  
variorum populus inhabitat, habet ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Suaui-  
am, (Sueuiam accipe) a Meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubij  
fluenta. Tractum illum qui inter Danubium & Hercyniam siluam  
(vnde gens effusa est) Lyci vero & Oeni ostiorum tenus, medius ia-  
cet Danubio Paulus præteriit. Adeò populus olim Boicus late fu-  
sus, quatuor tetrarchijs custodiebatur, quibus limitum præfecti  
(postea Marchiones seu Palatini) præerant, omnésque Principi ma-  
ximo Boiorum parebant, quos ille pro arbitratu ad fines tuendos  
mittebat, vel inde auocabat. Hanc Boiorum potentiam fregit Ahe-  
nobarbus, cum Austriam anno Christi c. 10. c. l. vi. Henrico Frideri-  
ci Ahenobarbi patruo in publico conuentu principum Regino-  
burgi assignauit, ipsimque Henricum ex Præfecto limitis Orienta-  
lis Franciæ, & Marchione, PRINCIPIS Titulo insigniuit, traditis eti-  
am ex Boica quibusdam toparchijs, *Iudiciariam*, inquit Andreas, po-  
testatem Principi Austriae ab Aneso usque ad Siluam prope Patauiam, quæ dici-  
tur Rosenthal protendendo, Sic igitur ille Henricus factus est primus Dux Au-  
striae. Huc usque namque quatuor Marchiones Austriae, Stiriae, Italiæ, & Cham-*

B 4      *benis*

P R O O E M I V M

lenis, (qui dicebatur de Vohburg) euocati ad celebrationem Curie Ducis Bauariae veniebant; sicut hodie Comites & Nobiles ipsius facere tenentur. Hæc Andreas, qui mox subdit, ipsas Friderici Imperatoris tabulas, quibus decretum continetur. Idem Imperator anno post C. N. C. 10. CLXXX. proscripto Henrico Leone, Boiorum & Saxonum Principe, Boicam commisit Othoni V Vittelspachio præfecto prætorio, vnde genus trahunt qui hodie Boica potiuntur. Nos ergo Boicam ad primos Theodosium terminos in Sanctis, qui prioribus etiam annis vixerunt, extendemus, ne Lector miretur de Laureacensibus, Brixenisibus, aliisque hodie remotioribus huc translatis, cum prima tempestate eæ regiones sub Boioru Principum ditione fuerint. Quamuis enim Symmachus pontifex anno 101. cum pallium Theodoro Laureacensi Archiepiscopo mitteret, illum Magistrum & Archiepiscopum Ecclesiæ Pannoniarum appellari, nihil inde Noricis detrahitur, licet in Pannonijs etiam habuerit Ecclesiæ, à quibus Pannoniarum Ecclesia dicta est Laureacensis, vt hodie Augustanus pontifex multis Vindelicæ, Algoicæ, Sueviæ & Boicæ diœcesibus jus sacrum dicit. Nec enim iisdem finibus ciuilium principum prouinciae, atq; sacroru Antistitutu potestas, ac jurisdictio circuscribuntur. Mogutino pontifici & Archiepiscopo quot parent Episcopi? In Vindelia & Rhætia, Augustanus; apud Canos, & Engadinos, Curiensis; Constantiensis, ad fines Heluetiorum; Spirensis apud Nemites; VVormatiensis apud Vangiones, Heribopolitanus apud Francones orientales, Aistatensis siue Aureatensis apud Noricos. Quid de Hildeshemensi, Badobornensi, Halberstadiano, Verdensi, Pragensi, Olomucensi, & alijs dicam, qui diuersis in Germaniæ partibus degunt. Vides Noricum, Sueviam, Rhætiam, Boicam, Saxoniam, Bohemiam, Franconiam? quibus præsunt nunc Reges, nunc Principes, nunc Magistratus & Resp. Ita Laureacensis Archiepiscopus latè per Ripense Noricum & Pannonias jure Ecclesiastico imperitabat, quod ex historiâ de vita sanctissimi Martyris & Pontificis Maximiliani cognoscis, in quâ de finibus pontificatus Laureacensis hæc scriptor, vt ex chartis M. SS. didici. *Inter quos sancta Laureacensis Ecclesia nec tempore, nec dignitate posterior, nomen Metropolis & Archiepiscopatus titulum primitus est ferta. Cuius Provinciae termini siue dicuntur ab Oriente fossatum Tellarum: ab Occidente flumen Lycos, quod Germani Lech s. nominant. Per Mœjas occidentales Napa, Eckara, Odrita. A Meridie Liburnia, quam Ornua flumen percurrit. Ab Aquilone autem VVandalus Pelia lacus Pilsensee & Tila flumen. Inter quos terminos viginti duæ ciuitates famosæ, nec minus opulentæ continebantur. Laureacum porro in Norico ripensi possum*

tum fuisse ex Notitia Theodosij & Eugippio illiusque Scholiaste dis-  
ces. Nec interim tamen communem hanc Sanctorum tutelam ab  
Austriaca gente, quæ hodie terras illas obtinet, remouemus. Adiu-  
uat tamen nostram caussam, quod ipsa sedes Laureacensis, euerso  
per Hunnos Laureaco, cum Batauiensi Boiorum coaluerit. Bataua  
autem (quæ hodie Patauium) in Boica terra sita nemo nescit. Atque  
hoc primum fuit monendum, Alterum non tacendum, quod mul-  
ti ambitiosè quærendo prima Christianæ legis apud Boios initia  
principes Apostolorum in Germaniam, atque etiam Boicam Petrum  
& Paulum, & Thomam, Titum & Marcum, Lucium Cyrenensem  
atque alios deducunt; quæ vti nulla auctoritate certa nituntur, ita se-  
cuius cum silentio transmittuntur. Mihi deliberatum est non tam  
speciosa in Vulgus, quam vera in Orbem inuulgare. Illa in  
medium relinquo illis confirmanda, qui talia lite-  
ris prodidere, quæ cautis non  
fatis liquent.



PRIMI

DE PRIMIS APVD BOIOS  
PRIMI APVD BOIOS  
EVANGELII PRÆCONES.



\* De quib.  
Srabio, Ap  
pranu, Li  
sium, Sig  
nus, M.  
Veseriu,  
lib. II. Boic  
verum, p. 71  
72. 73. &  
seqq.

Ommuni orbis terræ magistro S. Paulo hæc non  
in mustaceo laurea Bojorum debetur, cælesti  
doctrinâ ab illo eruditorum, si Boios Asiaticos si-  
ue Tolisto-Boios, ex nostris olim ortos, postea  
Galatas dictos in Oriente spectemus. Ad illos  
enim & primi religionis nostræ Pontificis Petri  
epistolæ sunt transmissæ; Eosdem publica mun-  
di fax Paulus, & coram adjit, & per epistolas instituit. Sed nobis non  
est animus Europæ atque adeò Germaniæ limites transilire. De no-  
stratum Bojorum Doctoribus hoc loco quærimus, eorūmque pri-  
mis ad Christū duxoribus, & in fonte salutis genitoribus, à quibus  
tam certâ fide sunt illustrati, vt post haustam Euangelij lucem nun-  
quam, velut alia passim mortalium ingenia ad idolorū, errorūmq;  
tenebras reuerterint; præsertim si ipsos rerum Dominos & principes  
Bojorum spectes; nam in conditum vulgus subinde vacillasse, nemo  
inficias ibit, cùm improbi nonnulli (vt Arnulfus comes lib. I. de S.  
Emmeramo docet) in Boicam hæretici se clàm insinuarēt qui se vel  
presbyteros, vel Episcopos fingebant. Quamquā & proceres ipsosq;  
adeò principes Arnulphus labe aliquâ errorum aspergos arbitretur.  
sed numquam tamen palam vel tota gens, vel principes à Deo simul  
desciuere. quam Deo gratiam merito gratulatur Boica nostra, cuius  
clementia factum est, vt & suscepit primum religionem semper  
tueretur, nec postea in labyrinthos hæreticorum, quando tota pro-  
pè Germania, præterito sèculo, Lutheri tempestate concussa est, se se,  
paucis eximijs, implicaret.

Laureacum quibusd. Laureata dicta, caput olim Norici riparij,  
dum res Romana manebat, oppidum Romanâ Coloniâ nobile, primū  
ex Aquileia reor, auctore Hermagorâ S. Marci auditore & successo-  
re, siue ipsius fortasse Marci jussu, siue etiam Principis & cōditoris in  
Vrbe religionis nostræ D. Petri Apostoli imperio, Laurentius qui-  
dam ejusd. disciplinæ alumnus Laureacū missus traditur, qui fun-  
damēta legis Christianæ jaceret. Vnde cana hujus Ecclesiae Principis  
in Norico constat antiquitas, que ab ipsis vel Apostolis instituta, vel  
Apostolorū primis legatis cōdita, meritoq; majoribus nostris culta,  
in Archiepiscoporum gradum ascendit; nunc ab vsq; Attilæ strage,  
illius

illius orbis terræ Vastatoris, nihil præter exiguum oppidum & cœnobium habet reliquum. Visitur tamen hodie, extra Anassum, ædes primo g̃tis Noricæ doctori & antistiti Laurentio inscripta. Auctor vitæ S. Ruperti, ex MS. Salisburgensi excerptæ, & in Antiquarum lectionum volumen sextum collatæ, cùm de Laureacensis Ecclesiæ incunabulis scribit, nullam facit yllius Laurentij mentionem, sed Syri Pontificis Papiensis, quem ait ab Hermogorâ primum Laureacum missum, hisce verbis:

Legitur enim, quod post gloriosam Domini nostri IESV CHRISTI ascensionem, missus in Orbem terrarum Apostolis, aliisque Christi discipulis, ad prædicandum Euangelium DEI, beatus Marcus Euangelista, a Sanctissimo Apostolo Petro magistro suo Aquileiam missus est, qui sua prædicatione Aquiliensēs ad fidem convertit, ubi Hermagoras, ciuis Aquiliensis, vir doctissimus, Episcopus creatur: Hie Syrum Papiensem Episcopum discipulum suum intimo loco fidem Christi denunciando destinavit, cuius doctrinā Laureacensem ciuitas fidem orthodoxam recepit, & sedem Metropolitanam meruit habere, in quā per vices federunt Eutherius Archiepiscopus, & Quirinus illustris Philippi senioris filius, qui primus Imperator fidem Catholicam ad prædicationem Origenis recepit. Quirino tandem in Prima-  
tum Aquiliensem sublimato, sanctus Maximilianus ex Celeia ciuitate nobilibus parentibus ortus, Laureacensem Ecclesiam optime rexit, qui post multos agones in Vineâ Domini habitos, locum natuū adiit, ubi ab Eusebio Praefecto, cum nollet Dijs sacrificare, capite mulctatur, sub Varo Imperatore, Anno Domini CCLXXX. Tunc etiam S. Florianus in Laureaco saxe ad collum ejus ligato in Anassum flumen est projectus. Hinc Diocletianus omnes libros & Privilegia Christianorum igni comburi, & Ecclesiæ demoliri fecit. Tunc Laureacensem Ecclesiam, in cuius Provincia XXII. famosæ ciuitates, puta Patauia, Norix, &c. cum suis suffraganis, ad ducentos & eò amplius annos, sine sacerdotij honore mansit. Sed Christiani eotempore ibidem, & in alijs oppidis morantes occulte in latebris diuinum cultum & ritum Christianum obseruabant, & cœpit ferè Christiana religio in pluribus locis omnino desicere, usq; ad hæc felicissima tempora, dum sanctissimus Episcopus Rudbertus, velut splendidum sidus fidei, inter caligines Noricæ emicuit, & merito de ipso cantet Ecclesia: Quasi sol resplendens, sic ille respluit in templo Dei.

Altero mox sæculo sub annum Christi sextum & septuagesi-  
mum ultra centesimum, affulsiisse Germanis & Marcomanis, quiq; Marcomanorum tunc nomine censebantur, Boijs lucem religionis Christianæ, ex Irenæo & Tertulliano fit verisimile, quando Duce Boio, M. inquâ Aurelio Boionio Antonino Philosopho & Imperatore Romano, Christianæ & fulminatricis legionis precibus celestes aquæ sunt impetratae. Hoc porro, quibus præconibus sit factum, vñ Christi lex per Boios & Marcomanos Germanosque vulgaretur, in obscuro est.

Ferunt

DE PRIMIS APVD BOIOS EVANG. PRAECONIB.

Ferunt præterea Luciū Cyrenæi illius, qui Christo sub mole crucis fatigent, in gestandâ trabe volens nolens vicariam operam præstare coactus est, filium, S. Pauli sectatorem, & per Illyricum Germaniamque Comitem Ratisponæ primum diuinam Christianæ pietatis legem promulgasse. *Alij, quorum sententia (inquit Bruschius) mihi revertuntur, sed rior esse videtur, istum primum Bauarorum ac Rhætorum doctorem Lucium usum alij Cyrenæum fuisse judicant, Simonis boni senis (qui Christo portabat crucem) filium. Hunc doctrinam de Crucifijo Christo prædicasse Ratisponæ ad Danubium certum est. Idem de S. Lucij antiquissimo asceterio, extra Curiæ pomerium his versibus tradit.*

*Idem sententia Aueniū, sed contraria. Cyrenæum fuisse judicant, Simonis boni senis (qui Christo portabat crucem) filium.*

Hoc certum tamen est, quod quidam Lucius illie  
Vir sanctus (plebem Christi qui verba docebat)  
Vixerit, edificans primum domicilia parua  
Atque angusta sibi, tumido cum pulsus ab Istro  
Bojorum ruditate, ad Rhætos venerat exul.  
Sed quis Lucius hic fuerit: quo sanguine cretus  
Ex qua gente? potest mihi disceptatio oriri.  
Sunt quibus ille satis credatur gente Britannæ  
Regis filius, Emeritæ fraterque puellæ:  
Quæ tamen est & habetur tantum fabula doctis.  
Sunt alij quorum sententia senior esse  
Creditur: hi (quod Lucius hic Cyrenaicus, ejus  
Filius extiterit senis, ingenioque Simonis  
In Cruce qui Christum gestandâ juuerit olim)  
Affirmare audent: namque is pia dogmata Christi  
Sparsit apud Bojos primus, qui pulsus ab illis  
Rhætorum sibi sub montanis condidit exul  
Exiguam sedem, Christum in quâ rursus, ut ante, est  
Concionatus: ab ipsâ donec plebe feroci,  
Ingrataque, & nec Christo credente, sub ipsâ  
Martiola arce trucidatus, quoque sanguine Christum.  
Testaretur, ut aeternum Dominumque Deumque  
Est, & ab aeternâ meritis nos solius hujus  
Morte, ac perpetuâ à flammis esse redemptos.

*Autoris sententia.*  
Sed aut duo fuere Lucij, aut fallitur Bruschius, qui ex Cyrenæo  
facit Curiensem, & ex Britannico Cyrenæum. De Britannico fides  
certa ex antiquissimis, & primæ notæ scriptoribus. De  
Cyrenæo amplius pronuncio.

S. LVCIVS

S. LVCIVS.



Primus ab extremis LVCIS rex Dñe Britanni  
Dona Deo fasces, et diadema litas,  
Gemmatisq; togas, ebur, atq; insignia regum,  
Urbes, ac populos, castra, phalangas, opes.

Scilicet est maior regn's et regibus ipsis,  
Spernere qui titulos, totaq; regna potest.  
Et tamen hoc nihil est; qui spretis omnibus addit  
Se quoq; caelesti dignus honore ventit.

C S. LVCIVS

DE L'INCO REGIE SYLVIA. NOVICI 1602.

S. IACIAS



S. IACIAS C

## S. L V C I V S

BRITANNIÆ REX,

CHRISTIANVS NORICI DOCTOR.

**V**ita Germaniæ terræ Britannia, Scotia, Hibernia lumina fidei misit, quæ offusas nobis ignoratiæ tenebras cœlestibus veritatis radijs dispellerent, hoc primum fuit, eoque illustrius quod ex claro Regum folio, sol hic ortus noctem in Norico & Rhætia fugarit. Et liberalem Dei beneficentiam agnoscas. Latuisset hoc fidus in vetustatis antiquitate, nisi è sublimi regij fastus tribunali, in humilium seruorum aut certè peregrinorum formam, cum Emerita germana suâ, descendisset. Clarius nunc vbique gentium habetur, postquam claritudinem titulorum regiorum abiecit. Ut enim alta premere De vs; ita pressa rursum protollere consuevit.

Coillo Rege, Marij F. Aruiragi nepote natus Lücius, cùm de Christo & Christiana disciplina multa cognouisset, misit Legatos ad Eleutherium, rei tum Christianæ sumnum Romæ Antistitem, sanctioris religionis magistros petitum; à quo Fugatius & Donatianus missi, Lucium Christianis sacris initiarunt. Accipe hæc ex antiquis Fastorum Romanorum monumentis, quæ apud Baronium Cardinalem in hæc verba legis. *Lucius nunquam sè Christianæ Religioni infensum exhibuit, hostemue: sed quod Christianorum miracula simul & vitæ integratatem admiraretur, in eosdem propensor videbatur. Amplexusque fuisse jam ante Christianam religionem, nisi auita, velut nexibus, obligatus esset superstitione, nisi etiam conspexisset Christianos ab Ethniciis ipsis ut infames vilesque haberi: à Romanis ipsis, apud quos summa rerum esse videbatur, & gladio & iniuris assiduo lacerari. Comperit tamen postea, nouitque ex Legatis Cæsaru, Senatores etiam aliquos Christianos factos esse, & inter alios Pertinacem quendam, atque Trebellium: Imperatoremque ipsum Marcum Aurelium, victoria eorum precibus obtenta, benignè habuisse Christianos. Quibus his aliisque perceptis, Lucius legationem misit ad Eleutherium Romanum Pontificem per Eluanum & Medunum Britannos: rogans per eos Eleutherium, ut per sè suosque ministros, ad Christianam religionem suscipiendam, aditum patefaceret: quod & obtinuit. Nam idem Pontifex Fugatium & Donatianum (aliter Damianum) in Britannam misit, qui Regem & alios Christiana religione imbutos sacris initiaarent mysterijs: quod & nauiter impleuerunt, cum alioqui diu ante (quod testatur Gildo sapiens) Christi Euangelium illuc perlatum fuisse. Hæc ex vetustioribus monumentis de Lucio prodita habentur.*

C 2 Insti-


*Anno Chr.  
CLXXXII.**Martyrol.**Rom. Ba-**ronni.**F. Andre-**as ad S. M.**Rattsp.**Breniarin**Carrense.**SS. Augu-**stani.*

DE S. LUCIO REGE BRITAN. NORICI APOST.

Institutus ergo religionis nostræ sacris & cælesti baptismatis fonte tinctus, fortunâ regiâ cum Christi paupertate mutatâ, secutus primorum Ecclesiæ Doctorum viuendi rationem, relicto patrio solo, titulisque regni abdicatis, ut hoc certius regni immortalis heres scriberetur, quam ipse lucem è cælo hauserat, ut eandem alijs luceret, Noricum, Vindeliciam & Rhætiam peragratus, multaque indigna forti pectore perpessus, multos ad Castra Christi pertraxit. Augustæ Vindelicorum (vbi hodie & in Diu Francis recens condita æde, & in Societ. I e s v templo nonnihil de sacri corporis exuuijs seruatur) Campestrium ciuem nobilem cum familia, aliisque haud paucis ad Christianæ religionis professionem induxit, eoque nomine ab impijs Dæmonum mancipijs malè acceptus, verberibusque indignum in modum multatus, saxis etiam appetitus, ac tandem in altum puteum præceps actus, ope tamen piorum, et si peregrè, mortem euasit. Indeque Reginoburgum, hodie Ratisponam, profectus, ibi quoque Romanæ Coloniæ Christi cultum suadere cœpit, vti & Iuuuiæ, & passim in Norico, donec in Alpinam Rhætiam progressus, Curiæ III. Nonas Decemb. beato fine conquieuit. vbi & Cœnobium eius nomini inscriptum hodièque visitur, in quo anniversario cultu eius memoria solemnii ceremoniâ instauratur. Andreas Presb: *Circa annum Domini CLXXXII. Præsidente Eleutherio duodecimo à B. Petro, Commodo Rom. Imperatore regnante, Lucius Rex Britannæ nudus & expeditus peregrinatione suscepta, partes Bauarorum & totam Rhætiam inter alpes sitam miraculis ac prædicationibus ad fidem Christi creditur conuertisse.*

Emerita germana soror comes itineris & laborum, per ignes fidem Christo comprobauit.

*Breni ari-  
um Cœn-  
obie. non  
fuit mar-  
tyr. M.  
Velerus  
Iuam sen-  
tentiam  
correxit.*



S. MAXI-

## S. MAXIMILIANVS ARCHIEP. LAUREACENSIS M.



Ardens Illyrici cum ferueret ira tyranni,  
 Et meteret totos falsi Deciana greges,  
 Territa gens CHRISTI per et inuia et aua fugit,  
 Ausa nefas) Stygio pars adolere Iout.

Presulis erubuit tormentis cadere VIRTUS,  
 Mille parata crucis, milleq; ferre neces.  
 Macte esto tantis, MAXAEMILIANE, triumphis,  
 MORTUA IAM MORS EST, NON MORIETVR HONOS.

C 3

S. MAXI-



S. MAXIMILIANVS  
LAUREACENSIS  
PONTIFEX.

**M**axima virtus huius Maximiliani iniquissimis Reip. Christianæ temporibus enituit, cum veluti Machabæus impijs idolorum sacris se obiecit, alijsq; metu suppliciorum dubios sua constantia ad mortem intrepide subeundam firmauit: tanti est antistitem ad humanos casus esse interritum. Per scripta de illo historia in Varnpachensi bibliotheca seruatur, quam nos fortasse M. S. habemus. Scripsere de eodem Cuspinianus in Austria, Hundius in Metropoli, quæ ex Breuiario Batauiensi legitur, cuius epitomen refereamus. Marcus Velserus, cuius Manibus benè precor, ex ratione Imperatorum S. Quirino Maximilianum tempore facit priorem, cuius sententiam & diligentiam sequi præ cæteris solemus.

CCLXXXIV  
Martyrol.  
Rom. 12. 0.  
Hobras.  
Batauianus  
Chro. MS.  
Cuspinianus in Au-  
stra.  
Hundius  
Metrop.  
Marcus  
Velserus  
ren Bata.  
13. Molanus  
nus 29. 0.  
dab. p. 175.  
Vſuarius  
12. 0. Hob.  
Vita MS.

Celeiæ Pannoniæ oppido claris natalibus & fortuna copiosa natus, ad vnius cultum numinis, mortuusq; honestatem, & virtutis omnem elegantiam in ipsa pueritia ab Oranio Presbytero eruditus, maximè in miseros benignus fuit, vt amplas etiam à parentibus acceptas opes in egentium usum liberaliter partiretur, Laureaci Pontifex postea creatus. In proscriptione Christianorum Deciana jam vtroque parente priuatus, seruitia manu miserat, opes, plerasque reliquas omnes in pauperes sparsas, profugus Romam ad Xistum II. Pont. Max. venit, à quo pro laborante in Pannonijs Ecclesia, jure follicito, inductus est, vt Patriam repeteret, remque Christianam crudelibus tyrannorum edictis & præsidum immanitate pressam dissipatamque velut ex naufragio colligeret. Non recusauit Maximianus, nec laborem pro patria, nec dicerimen capitis pro Christo. Accessit & S. Quirini tum Aquileiæ Antistitis auctoritas, qua impulsus & sancta Rom. Pontificis, hoc est, orbis totius patris appreciatione confirmatus, Laureacum cuius possessionem tribunalis, Martyr postea Quirino cessit, caput Norici riparij petiit, legem Christianam pro concione promulgauit. Cum Laureacensem pontificatum ipsis prope viginti annis magna cura administrasset, redeundum sibi Celeiam ad patrium solum putauit, vt & ibi si confieri posset, Christi nomen propagaret. Eiulusius præses publicis edictionibus omnes Marti operari iussit, & fuere (vti semper in tritico filix,

DE S. MAXIMILIANO LAUREAC: PONT: ET M.

inter apes, fuci) qui metu suppliciorum degeneres Christi milites Marti adulcent, quod Maximilianus, non fecus ac Machabæus olim indignissimè passus, in medium forum non dubitauit profilire, præfectumque impietatis accusare, quod cultum vni sempiternóq; debitum numini, rebus conditis & infimis transcriberet. Eiulasius sibi ab inferiore & Christiano præscribi non passus, & omissa post aliquot dissertatiunculas, verborum contentionē, qua se victum sentiebat, à verbis ad vim & gladiū appellauit, sanctumq; hierarchā cædi jussit: nec alter mortem recusauit, qua se ad vitam peruenturum sciebat. Occubuit IV. Id Octobr. extra pomerium. Sacrum corporis pignus à D. postea Ruperto Laureacum translatum, magnificis & illustribus templorum operibus eius nomine conditis celebratur: Henricus sanctus, quem secundum appellamus, Laureaco Bataua Boiorum deportauit, vbi hodiéque summa cum religione custodit.

Collocarem nunc ex MS. codice eandem historiam, nisi auctoris me ridiculæ notationes nominis Maximiliani, aliquique nonnulli errores retardarent. Scriptor non videtur antiquus, sed ex religioso posteriorum temporum seculo barbaro tamen & rudi si linguam, culto & sancto si mentem & pectus spectes.



S.FLO-

## S. FLORIANVS TRIBVNVS MIL. MARTYR.




Salve dux generose FLORIANE,  
Ingens gloria FLORIANE Martis,  
Sed CHRISTI generosior tribunus,

Princeps purpurei decus senatus,  
Qui testes Domini Delph nostri.  
Signarunt tabulas fidemq; iacu-

Largo Sanguini's imbre purpurarunt.  
Ex hoc calituum rubente flore.  
Flos es non moritare FLORIANE.

S. FLORI-

DE FLORIANO M  
S. FLORIANVS TRIANVS VIT. MARTYR.



ROM

## S. FLORIANVS

TRIB: MIL.

MARTYR LAUREACI



Quilinus vir clarus & consularis, præfecturā Norici  
 Riparij à Diocletiano acceptā, quod gratum Impera-  
 tori sciebat, quæstiones acerrimas Laureaci in Chri-  
 stianos exercuit, & primum quadraginta comprehē-  
 sos, varijs cruciatis affixit. Quæ fama ybi Floriani  
 tribuni Mil. aures verberauit, illico Laureacum aduo-  
 lans incidit in commilitones, à quibus cum didicisset atrociter in  
 Christianos inquiri, Ecquem, inquit, desideratis? En adsum & ego  
 Christianus; coram adesse me præfidi renunciate. Vocatum, jussit  
 Dijs adolere; negantem fustibus cædi, scapulas ferro lacerari; in sen-  
 tentia perleuerantem, de ponte in subiectum flumen Anassum de-  
 uolui. Apparitor, qui suspenso de ceruice saxo Florianum præcipi-  
 tem in aquas deuoluit, lumen illico crepantium vsum amisit.  
 Corpus incliti militis vndæ ad saxum prominēs exposuerunt tam-  
 diu alitis custodia seruatum, quoad matrona diuinitus admonita  
 tumulo intulit. Conditum inde illius memoriae illustre templum,  
 adiectum posteris sæculis cœnobium fodalibus D. Benedicti inco-  
 lendum, quod inde rursum, æuo omnia in vetustatem redigente,  
 ab Angelberto Batauensi Pontifice restauratum D. Augustini dis-  
 ciplinam profitentibus affixauit, quod demum Altmannus Antistes \* aff. gr. anū  
 rursum fatiscens in maiorem splendorem eduxit, & à posteris S. Flo-  
 riani appellatum, in cuius peristylio hæc inscriptio legitur. *S. Floria-  
 nus in pago Zeiselmuo inferioris Austriae circa annum Christi CXC. natus, sub  
 Aquilino Diocletiani militum præfecto Anassī martyrio coronatus, Anno Christi  
 CCXXX. Est in ipsa æde S. Floriani tabula picta, quæ distinctis capi-  
 tibus totam ipsius vitam quindecim argumentis spectandam repre-  
 sentat.*

Primum in certamen pro religione progressurus, vltimum do-  
 mesticos salutat.

Deinde Laureaci in ipso ponte Anassī captus describitur.

Præterea postulatus reus est impietatis apud Aquilinum, hoc  
 enim nomine & crimine pietatem Christianam impij afficiebant.

Ob constantiam porro bacillis tunditur.

Vncis quoque carentibus vritur & carpitur.

Cum

Baron. de  
 C 187.  
 Tom. 2.  
 Prepr. 1.  
 Sanctorū  
 Batauen-  
 sum IV.  
 Non. Mati  
 Martyrol.  
 Rom. Ba-  
 ronius Et  
 Annal. &  
 quos ille  
 laudat.  
 M. Velsa-  
 rum 13. p.  
 275. Surin  
 m. 4. Malib.  
 3. 16700.

Cum Aquilinus insuper sua imperia & tormenta contemni videret, propè in rabiem actus præcepit fortissimum heroem in flumen præcipitari.

Lictori mandata exequi lumina repente conuulsa exciderunt.

Octaua icon ostendit, vt corpus defuncti victoris & Martyris aduerso flumine saxo applicitum, ab alite à feris & volucribus defensum fuerit.

Proxima refert, vt S. Florianus per nocturnam quietem viduam monuerit de corpore suo sepeliendo.

Sequens docet, qua arte Valeria vidua sacrum athletæ pignus, carpento impositum, virgultisque tectum abduxerit.

Vnde cima pictos habet boues siti & æstu ad mortem defectos, & saliente scaturigine subito existente refectos.

Hic foris ægris haustus haud paucis salutifuit.

Mox ad sepultas eius reliquias mortuus in vitam rediit.


Duae postremæ effigies monent exemplo carbonari in medium delaphi incendium, & votis S. Floriani crepti, illum aduersus pericula incendiorum præsentem esse tutelam. Et quia Tribunum aut Centurionem fuisse tradunthistoria, etiam in bellicis tumultibus illius vota & auxilia petenda, nec fuisse frustra experita.

Hæc vir illustris Sebastianus ab Adelzhausen, illius toparchiæ Praefectus ad me perscripsit.



S. AFRA


## S. AFRA M.



Te Venerem Cyprus, te Rhetia nostra Mineruam  
Fecit, vetricam Martyra Boia dedit.  
Turpia sacra Venus docuit, pia Rhetia casta:  
Sed quod peccaras pectoris error erat.

Lux ubi caelis iussit procul esse tenebras,  
Vicisti Vesta mente pudicitiam.  
Sic olidus fornix sanctas migravit in aras:  
Cor sanctum Caelo gratiior ara Deo est.

D SS. HILA-



SS. HILARIA, EVTROPIA, EVNOMIA, DIGNA.MM.



Dum legit haec NATÆ, domina dum pignora serue;  
MATER, et haec fiant sanctus in igne cinis.  
Ille cinis vester BOIAS prior imbuti aras;  
Hinc tot apud Superos lumina BOSA micant.

RHETIA produxit, sed BOICA condidit artus;  
Illa theorum vobis praebut, ista rogum.  
Hunc LYCUS extinxit, sed non extinguere vestrum  
Virtutis potuit flamma, vel unda decus.

D 2

SS. AFRA,

DE 26 MULIERI DILEXIT EI NO: DILEXIT MUL.

22 HUVRIV EATROSI ENOMY DIGAYWM



22 HUVRIV EATROSI ENOMY DIGAYWM

22 HUVRIV EATROSI ENOMY DIGAYWM

22 HUVRIV EATROSI ENOMY DIGAYWM

SS. A F R A,  
H I L A R I A,  
E V T R O P I A,  
E V N O M I A,  
D I G N A,  
M A R T Y R E S.



Tsi Laureacensem & Noricum agrum Deciana pri-  
mum crudelitas, & mox insecuta Diocletiana sacro  
Martyrum cruento imbuerit, campos tamen Lycates,  
hodieque in Boico solo jacentes prima confecrauit  
Afra, quæ flamma è fumo data adeo illos illustrauit,  
vti cum illis simul velut altera mundi lampas omni-  
um gentium terras longè latèque irradiarit, locus insula tum fuit,  
quam in Rhætiæ topographia spectas, postea Lyco varijs mæandris  
expatiato in continentem vertit. Historiam Afræ cum Hilaria & an-  
cillis omnium manibus tritam copiosius non persequar, cum & Su-  
rius suis illam Voluminibus adiecerit, & M. Velferus, P.M. eandem  
scorsim editam commentarijs illustrarit. Cuius & Breuiarium in  
Diuis Augustanis cum illustri elogio cognoscis. Quis enim nesciat,  
D. Narcisium ab Hispanis profugum ad hanc Augustæ Vindel. tum  
Veneri Cypriæ operantem diuertisse, eamque cum totâ familiâ pro-  
scripto dæmonum cultu, ad Christi disciplinam traduxisse, tradu-  
ctam mox à Gaio Rhætiæ præside flammis addictam, fumo neca-  
tam; Hilariam parentem cum tribus Afræ pedisequis ad eiusdem  
tumulum igne crematas? Nec aliud supereft, quām vt  
per earum vota nobis D E V M  
propitiemus.

eccl. 1  
Martyro-  
logia. V. 116  
apud Sur.  
M. Velfer-  
nora ad  
eandem.  
SS. Augus-  
tian.

S. QVIRINVS ILLYRICVS  
LAVREACENSIS  
PONTIFEX.

CCCVIII.  
Prudentius, Martyr, vol. Rom.  
Beda.  
Vigilanus.  
Ade Bruschius t. I.  
de Episc.  
Baronius.  
Cuffius.  
Hundius.  
M. Velseius, Mola-



**J**Erunt hunc Laureacensem, & Siscianum Pontificem, imò & Aquileianum Patriarcham fuisse, natum Philippo Maiore Romani Imperij principe, primo omnium ex imperatorio fastigio sacra Christiana venerante, si qua fides Origeni, Eusebio, Hieronymo, Orosio, Eutropio, historiæ miscellæ, Cassiodoro, Fastis Romanis, qui Philippos jam imperantes à Pontio Diacono, Christi postea jurato teste, ad cultum & venerationem Christi traductos docent. Etsi nusquam ego apud veteres obseruauerim geminos Philippo seniori fuisse liberos, Philippum & Quirinum; quemadmodum enim omnes certatim de Philippo filio affirmat, ita omnes consensu de Quirino tacent, ut nesciam vnde sequens æuum hauferit, ut hunc Quirinum Philippi ante Decium Imperantis filium traderet: Prudentius enim illustris vates stirpem tam excelsam in hoc Martyre minimè tacuisse. Metellus Poëta, qui ante annos quingentos quatuor & quinquaginta S. Quirini res gestas vario carmine cecinit, Cæsaris stirpem appellat.

## Ode prima.

*O flos purpureus, tu rosa nobilis,  
Martyr conspicuus, testis idonens  
Stirps Cæsareæ german amabile  
Aula sidereæ clarus in ordine.*

Ad Oden deinceps tertiam extra ordinem versus, hæc in orâ ex autographo sunt annotata: Regnantibus Philippis juxta Eusebium & Isidorum & Augustinum de ciuit: Dei millesimus annus Romanæ vrbis impletus est. Primo autem anno Philippi natus est B. Quirinus; xxvij ætatis anno passus est sub Claudio. Romæ sepultus, qui- cuit annis cccclxxxii. Translatus in Noricum requieuit hæc- nus annis cccvii. qui computati cum prioribus fiunt iccccxvi. Multa hic perturbate dicta de Claudio & alijs. Et alia Ode.

*Horum sceptrigera de stirpe resedit aureus flos*

Quirinus, infans septimum sub annum, &c. c.

Fortunatus nominat duntaxat patriam Ouirini Vol. viii.

*Africa Cyprianum, dat Siscia Clara Quirinum.*

S. QVIRI-

S. QVIRINVS LAVREACENSIS PONTIF. ET MART.



Immanis saxi moles à presule pendet,  
Sed ne mergatur, fit lapis ipse ratis.  
Ut mergi posset, saxumq; ut pondus haberet,  
Rex maris et terre voce precandus erat.

Scilicet et tellus virtutem sensit et vnde  
Pontificis sacre parcere iussa minet.  
Quem non hauserunt fluctus, non fragmina mons  
Preserunt, cogis saepe tyraune mori?.

D 4 Quirini



Quirini porro qui pro Christo testimonium sanguine dixerunt, omnino fuere quinque. hic de duobus primum (cæteri nihil ad hanc historiam) mox de nostro referemus, quos tamen ambos à scriptoribus confusos, & alterum pro altero acceptum ex ipsius vtriusque factis cum M. Velsero distinguo, aliumque ab hoc illum Tegernensem sub Claudio Gothicō Romæ cæsum, doceo, & in Quirinalibus à Metello Monacho copiosè laudatum prætero, quod in Boicā nūquā nisi mortuus per beneficia mortalibus supradictum naturæ præstata notus vixisse videatur.

Hic ergo Boicus noster Quirinus (ex Aquileiensi XI. Pontifice, vt in catalogo Aquileiensium Patriarcharum narrat Leander) Laureaci (quam Lorcham olim dixerunt) Pontifex, Philippi Imperatoris opinione multorum filius, ab ipso patre fertur Laureacensi Ecclesiæ commendatus (cui magnam quoque sui patrimonij partem, institutus à parente ex semissæ cum Philippo fratre hæres, reliquit) Noricis, qua Pannonias spectant, legem Christi tradidit, indeque post cædem vtriusque Philippi Laureacensis antistes creatus, rem Christianam ijs in terris magnoperè auxit, tandemque Galerij (à Diocletiano in societatem imperij adsciti) jussu vinclitus, & faxo ingenti de collo appenso in Sabariam (quem Gunsum nominant) fluuium præceps missus, non prius mergi potuit, quam id votis à Deo impetraret, cum ab ipsâ lapidis mole, qua in ima fluuij vada rapiendus erat, innante, quod natura obstupuit, subleuaretur. Corpus Romam, inde Mediolanum transuectum, in S. Vincentij æde positum hodie magna religione colitur. Constantiam eius in obliqua morte eleganti carmine laudauit Prudentius, quod visum est apponere.

*Insignem meritis virum  
Quirinum placitum Deo  
Urbis mania Sisciae  
Concessum sibi Martyrem  
Complexu Patriofouent.  
Hic sub Galerio duce,  
Qui tunc Illyricos f. nus  
Urgebat ditionibus,  
Fertur Catholicam fidem  
Illustrasse per exitum.  
Non illum gladij rigor,  
Non incendia, non feræ  
Crudeli interitu necant:*

*Sed*

DE S. QVIRINO

Sed lymphis fluvialibus

Gurges dum rapit, abluit.

Nil refert vitreo aquore,

An de flumine sanguinis

Tingat passio Martyrem,

Aequa gloria prouenit

Fluctu quolibet vuida.

Summo pontis ab arduis

Sanctæ plebis Episcopus

In præcepis fluiuo datur,

Suspensum laqueo gerens

Ingentis lapidem mole.

Deiectum placidissimo

Annis vertice suscipit,

Nec mergi patitur sibi,

Miris vasta natibus

Saxi pondera sustinens.

Speciant eminus è solo

Doctorem pauidi greges:

Nam Christi populus frequens

Riparum sinuamina

Stipato agmine se ferat.

Sed Quirinus ut eminus

Os circumtulit, leu suos

Exemplo trepidos videt,

Nil ipse proprij memor

Inter stagna pericul.

Confirmat pia pectora

Verbis mirificis rogans

Ne quem talia terreat,

Neu constans titubet fides;

Aut pœnam putet emori.

Dicentem fluitantibus

Annis terga velunt vadis:

Nec substrata profunditas

Saxoque & laqueo & viro

Audet sponte dehiscere.

Sensit Martyr Episcopus

Iam partam sibi præripi

Palmam mortis & exitus,

Ascensumque

*Ascensumque negarier  
 Aeterni ad solium patris.  
 Iesu cunctipotens, ait,  
 Haudquaque tibi gloria  
 Hac est in solita & noua,  
 Calcare & fremitum maris,  
 Prona & flumina sistere.  
 Scimus discipulum Petrum,  
 Cum vestigia tingeret  
 Mortali trepidus pede,  
 Dextrae subfido tuæ  
 Subiecisse salum solo.  
 Iordanem quoque nouimus  
 Tortis vorticibus vagum,  
 Dum fertur rapido impetu,  
 Ad fontem refluis retro  
 Confugisse meatibus.  
 Hæc miracula sunt tuæ  
 Virtutis Domine, ut modo  
 Suspender, leue prænatans,  
 Summo gurgite fluminis,  
 Cum collo scopulum traham.  
 Iam plenus titulus tui est,  
 Et vis prodita nominis,  
 Qua gentilis hebet stupor,  
 Absoluas precor optime  
 Huius nunc animæ moras.  
 Quid posis, probat amnicus,  
 Qui rectat silicem, liquor.  
 Hoc jam quod supereft, cedo  
 ( Quo nil est preciosius )  
 Prote Christe Deus mori.  
 Orantem simul halitus,  
 Et vox deferit & calor,  
 Scandit spiritus ardua:  
 Fit pondus graue saxeum,  
 Corpus suscipiunt aquæ.*

S. VALEN-

DE S. VALENTINO EPISC. BATAVIENSI.

S. VALENTINVS

EX ABBATE

EPISC. BATAVIENSIS.

Sub an-  
num CCC.  
Ep. 1.  
Eugippius  
in His. S.  
Seuerini  
cap. 41.  
Omnis Fa-  
st & pro-  
prum bre-  
uiar. Ba-  
taunum.  
Surius, a-  
lij, prid. No-  
nas Aug.  
7. Idus Ian-  
uarij.



Valentinus ante S. Seuerinum vixit, ad Oceanum (Germ: opinor) natus, venit Bataua Noricorum, vbi eā tempestate duæ pestes regnabant in vrbe; pagano-rum inquam idololatria & Arianorū perfidia; contra quos in aciem descendit Valentinus, nec multum profecit. Romam semel ac iterum inde profectus, vti summi Pontificis auctoritate pontificatu auctus, acrior rediret, necdum pro animi sententia rem confidere potuit. Imò artibus & improbitate Arianorum Vrbe pulsus, ad alpes Maias haud procul Merania apud Teriolas, se contulit, vbi felici admodum successu multis ad Christi sacra traduētis Ecclesiam condidit, in qua post ingentes labores conditus, post duo triāue sēcula à S. Corbini-anō Bataua est transiectus. Fit huius Diui mentio apud Eugippium in historia S. Seuerini, vt infra leges. Plura Surius pridie Nonas Augusti. Ponunt Batauienses hunc Diuum non immeritò inter primos Vrbis suæ Pontifices, & tutelares. Agitatur anniuersaria eius celebritas festa ceremonia vti. Idus Ianuarij. In Batauino Breuiario hæc de illo ad verbum exscripta lege:

Valentinus vitæ sanctitate insignis, ab Oceano ad Bataua oppidum, nunc Passauum nuncupatum, venit. Vbi genti a vero Dei cultu alienæ, verbum vitæ prædicaturus, Romam petiit, vt ad prædicandi munus Apostolica interueniret auctoritas. Reversus inde, & iussu Pontificis pium opus aggressus, animas, quarum salutem mire sitiebat, a fiduā verbi aiuim prædicatione Christo lucrari diu multumque conatus est. Verum, cum semen verbi salutiferi, velut in petram, frustra se spargere videret, Romam rediit, petens se ad alium populum facientem fructum mitti. Sed Valentinus à Pontifice in Episcopum creatus, ac, vt Apostoli exemplo, adhuc ibidem prædicando opportune importunè instaret, remis-sus est; facultate ei data, post irritos tandem labores, ad alias gentes commi-grandi. Cū igitur S. Episcopus spiritu Dei feruens, muneri suo iterum ardenter insisteret, & Batauos ad viam veritatis traducere laboraret, illi Arianorum accedente perfidia, hanc prædicandi instantiam non ferentes, eum è finibus suis excedere

## S. VALENTINVS EPISCOPVS.



Rura VALENTINVM tutantur, et oppida possunt,  
Fas regnat ruri, regnat in Urbe nefas.  
Rupes et scopuli profugos texere cavernis,  
Et sua proscriptis lustra dedere ferre:

Horribiles illos non oblaesere dracones,  
Adq. pedes saeva procubuere tigres.  
Flamma pios venerata fuit, pontusq. repercit,  
Sauius est aliquid fluctibus, igne, foris?

E excedere



excedere coegerunt. Quare vir Dei Rhætias peragrans, hominum saluti ubique  
prædicando quam maxime studebat. Tandem in montana sē contulit; ubi multis  
pro Christo perfunctus laboribus, ingentique animarum fructu reportato, vita  
sua terminum præsciens, beato fine quieuit; in vita & post mortem miraculis  
clarus. Eius corpus in Maiensi Castro in alpibus sepultum, ad Batava  
tandem, ut propriam sēdem, unde viuens exu-  
lauerat, honorifice translatum est.



E 2 S. SEVE-

DE S. SEVERINO ABBATE

S. SEVERINVS

NORICORVM APOSTOLVS.

cccliv.  
Fasli Rom.  
VIII. Ian.  
Eugippius  
in vita ip-  
sua. Bre-  
viarium  
Batauim  
v. Ian.  
M. Velseri  
not. ad  
Eugippii.



Vm Eugippius, qui res à B. Seuerino gestas iusto libro  
exequitur, doceat D. Seuerinum à morte Attilæ Hun-  
norum tyranni ex Oriente in Pannonias & Noricum  
venisse, Attilas autem à Prouincia fæmina cultro cæ-  
sus sit, aut sanguinis reiectione, vti placet alijs, extin-  
ctus anno Christi CDLIV. sequitur D. Seuerinum sub  
hæc ipsa tempora rem Christianam, in Norico partim inchoasse,  
partim propagasse.

Primùm Asturis aliquandiu egit eā vitæ integritate, vt facile  
omnes intelligerent, tantam virtutem quodammodo è cælo dela-  
psam, adeò enim Christi mores, & Apostolorum expressit, vt nemo  
non judicaret spiritum primorum Euangeliū p̄æconum in S. Seue-  
rinum commigrasse. Sic enim Eugippius: *Tunc itaque sanctissimus*

*Deifamulus Seuerinus de partibus orientis adueniens, in vicinis Ripensis & Pan-  
noniorum partibus, quod Asturis dicitur oppido morabatur, viuens iuxta Euan-  
gelicam Apostolicāmque doctrinam, omni pietate & castitate præditus, in con-  
fessione Catholicæ fidei venerabile propositum sanctis operibus adimplebat. His*  
ergo pietatis studijs addictus, cum diuinitus didicisset ingens oppi-  
do periculum ab hostibus imminere, populo in templum coacto,  
futuræ cladi discrimen aperuit, monuitq; vt justam numinis iram  
omnibus religionibus placarent, votis & precibus cælum pulsarent,  
jeuniis se macerarent, in egentes essent effusi, ita conciliari posse  
Dei clementiam, & impendentia Ciuitati fata fleeti, hostisque ar-  
ceri. Sed frustra Seuerinus fuit, nemo peregrino fidem habuit, ne-  
mo noxas lachrymis deleuit, aut omnino ingemuit.

Reuersus hinc ad hospitium, & diem & horam excidij futuri  
prædixit, & mox inde ab ingratis & contumacibus ciuibus profe-  
ctus, ad Castra Comagena oppidum item Austriae properauit. Re-  
ceptus à barbaris, cū alijs nec adeundi, nec abeundi locus esset, idem  
quod Asturis monuerat, etiam Comagenijs impendere malum, nisi  
mores emendassent, denunciauit. Sed hi vicini oppidi audito ex  
hospite D. Seuerint, exitio, exemplo docti paruere monitis, totique  
ad supplicia & vota conuersi, patroni ab iplis recepti beneficio tem-  
pestati sunt imminenti erepti, barbaris terræ motu exanimatis,  
& vltra ex vrbe præcipiti fugâ eiectis, atque diuinitus inter se  
velut


## S. SEVERINVS.



Cum pia SILVINI mens ad prætoria cœli  
Staret inexhausto Numinis hausta bono;  
Flebat ad exanimi funus lacrimabilè mystæ,  
Plena SEVERINI vita dolore Patri's;

Et lacrimans socium captis reuocabat ab astris  
Vin' ait, hac iterum luce, dièq. frui!  
Quid fruar! abrumpes aeterna gaudia vita!  
Viuere quod vestrum est! nil nisi tristè mori.

E 3      velut



velut Andabatæ commissis interfectisque. Succurrit idem eadem tempestate Viennæ, quam Eugippius Fauiana appellat à Fabianis castris, ut eius Scholia M. Velserus <sup>1650</sup> vñt equidem opinor, coniicit, vulgo Vindobonam, hodie Viennam. Laborabat ciuitas summâ annonæ difficultate, & vltimâ fame, ad quam leuandam non occurrit via melior, quam vñt Comagenis ad urbem suam euocarent D. Seuerinum, perinde quasi ipse quidam D. E. V. & hostem suis posset arcere precibus à prouincia, & ihopiæ ciuium succurrere, & omnibus malis leuare ciuitatem. Nec falsi sunt animi Fauiani, nam qui sanctos viros secum habent in oppidis, simul præsidium è celo non frustra expectant, quando suis familiaribus nihil solet negare diuina liberalitas. Venit ergo jussu Numinis, & Proculam fæminam diuinitus cognouit magnum frumenti numerum in granario conditum seruare, quoad maiori precio veniret. Hanc in medium productam grauiter increpando: *Cur, inquit, nobilissimis c. IIII.* natalibus orta, cupiditatis te præbes ancillam, & extas avaritiae mancipium, quæ est, docente Paulo, idolorum seruitus: *Ecce domino famulis suis misericorditer consulente, tu quid de male partis non habebis, nisi forte fumenta diu denegata in Danubij fluente proiiciens, humanitatem piscibus exhibeas, quam hominibus.* *c. IV.* denegasti. Quamobrem subuenit tibi potius, quam pauperibus, ex his, quæ te adhuc astimas Christo efuriente seruare. Perculsa Procula diuina monitoris voce promptè miseris succurrit. Nec diu post apparuere præter omnem spem & expectationem rates ex Rhætia allapsæ, quæ ad ripam frigore & glacie astrictæ constitire, sed miro D. I. nutu præter natum repente regelatae, magnam annonæ copiam vrbis suppeditarunt, quæ fames omnino est profligata.

Aliud beneficium in eosd. Ciues à Seuerino profectum: *Ho-* *c. IV.* *stes populabundi greges hominum & pecudum, ante mœnia de-* *prehensos abegerant: Ciues more suo ad asylū suum velut ad aram* D. Seuerinum configiunt, rogant opem; quærit ex Tribuno Mamertino, haberéntne manum aliquam militarem? exiguum affirmante, sed parato etiam cum hachostem persequi, si jubeat ipse & precibus juuet. Spondet Diuus, & barbaros, si quos caperet ad seducimperat. Mamertinus vrbē egressus, latrones ad laguntiani seu Dicuntiam altero ab vrbē lapide nactus, alios in fugam coniecit, alios vinxit, vincitosque ad Diuum victor adduxit, quos ille benignè habitos, solitosque & cibo potuque recreatos ad suos remisit, interminatus futurum, vt si præ datum redirent, cælesti quam primùm telo ferirentur; suis vicissim pollicetur, nihil ab hostibus unquam passuros, dummodo se non paterentur à re diuina auocari.

DE S. SEVERINO

Vrbe dein relictâ ad Vineas, hodie Siferingam pagum, quinq; milibus eoque amplius inde distantem, se contulit, vbi cum aliquan- diu in humili casa precibus vacasset, Deo jubente Viennam reuer- sus Cœnobium extra muros, quod postea multorum contubernio floruit, molitus est. Extant eius hodie, Lazio teste, nuda quædam rudera. Sed turbas rursum exosus Purgum ad quintum inde lapi- dem oppidum cōtendit, ybi se plurimum fame cruciavit, & frigore, cum per medios Decembres, rigente cælo & ipso Danubio adeò torpente, ut propè in lapidem versus, plaustris iter præberet, quo na- ues per æstatem & rates prolabuntur, nudis ipse vestigjs glaciem premeret, & niues pedibus signaret. Quæ res illi non solum apud suos conciliauit magnam sanctitatis existimationem, sed hostibus

c. v. & barbaris etiam venerabilem reddidere. Rex certè Rugiorum Flac- citeus, qui vltiorem Danubij ripam insederat, cùm à Gothis arctè premeretur, & cædem metueret, ad hanc Seuerini anchoram ab O- ceano profugus auxilium inuenit. Ex eadem gente membris om- nibus captum, & ossibus ipsis propè liquefcentibus fractum, preci- bus maternis sartum tectum restituit.

c. vii. Excuit eius fama plures barbaros Italiam petentes, ut ad illum diuerterent, quibus benè precatus, Odoacri, qui postea rex Italiae dictus est, procerò juueni, sed vili tum pellum tegmine obscurò, re- gnum vaticinio despondit.

Cogor esse longior in tam illustris viri virtute prædicanda. Fele- theus Flacciteo Rugiorum rege natus, & regni hæres Gisam coniugem duxerat, fæminam haud procul ab Eudoxiæ Arcadij vxoris in- genio & contumacia abludentem, quæ principem indole miti, & Seuerino addictum ad immanitatem identidem efferabat. Non defecit tamen ille à naturæ bonitate, & D. Seuerini cultu. Illa præfe- rox ausa Catholicos ritè tinctos denuò lustrare, à rege tamen ne sæ- pius hoc facinus auderet, est coercita. Accolas Romanos preme- bat, & nonnunquam in seruitutem abripiebat. Submisit D. Seue- rinus qui libertatem abductis impetrarent; respondit importuna mulier, Seuerinus intra suam se cellam & pellem contineret, sibi que quantum vellet & Deo vacaret, aliena ne curaret. Hic sanctus vates, spero, inquit, futurum, vti mox coacta præstet, quod noluit rogata. dictum factum: non semper cunctatur numinis vindicta. Aurifi- ces regina regijs faciundis ornamenti conductos arctâ presserat cu- stodia, ad quos Fridericus regis filius natu paruus, nescio quâ Custodi- dis negligentia, eodem die quo postulata Seuerini reiecerat mater, irrepserat, quem adepti fabri velut obsidem recuperandæ & vitæ & libertatis,

libertatis, renunciari jubent reginæ filium admoto pectori ferro illico se obtruncaturos, & quicunque ad eos absque fide data intras-  
set, nisi sanctissimè juraret, incolumes ex ergastulo dimissuram.  
Sensit regina D. Seuerini vota, Et vociferando, itane, inquit, serue  
Dei yltum is iniurias tuas, & grassaris in viscera mea? Confestim ex-  
peditos Cursores per equos mittit, qui Romanos per vim abductos  
reducant, & veniam pacemque à D. Seuerino rogent, & reginæ no-  
míne culpam deprecentur. Ergo restituta mox in integrum omnia.  
Aurarij accepto Sacramento, regium puerum reddiderunt, ipsi li-  
beri quo voluere abierunt. Regina ipsa cum paruulo & rege præ-  
sens gratias egit, promisitque se illius petitionibus nunquam repu-  
gnaturam. D. Seuerinus omnia D E O in acceptis beneficia retulit,  
eidemque victoriam tam illustrem à triumphata reginâ gratulatus  
est.

Futura non secus ac præsentia multa præsensit prædixitque. Mau-  
rum aedituum certo die monuerat, ne pedem extra Fabiana seu Vi-  
ennam efferret, fore alioquin ut à barbaris interceptus abduceretur;  
oblitus ille sui monitoris, egressus, captus, & abductus est; nec nisi  
ipsos hostes assecuto Seuerino & Maurum illi & alios reddidere.

Transiit hinc ad superiora Norici riparij oppida & Castella, sæ-  
pius à singulis propter barbarorum incuriones inuitatus. Cocol-  
lis vni nomen erat, in quo dum Seuerinus versaretur, narrante  
Marciano presbytero hoc diuinitus euenit. Pars aliqua plebis ne-  
fandis sacris operabatur, id didicit Seuerinus, cunctisque post tri-  
duanum indictum jejunium imperauit, ut singuli ferrent ad ædem  
sacram cereos quos suâ quisq; manu ad parietem templi fixit. De-  
curso solemini more psalterio, Seuerinus litaturum salutarem ho-  
stiam presbyterum cum diacono hortatur, vti precibus D E V M solli-  
citent, ne dedignetur sacrilegos ex plebe aperire. Inter ipsa vota &  
preces innocentium cerei diuinitus incensi (præteritis sacrilegorum  
cassis luminibus) ardere coeperunt. Ex quo apparuit omnes, quo-  
rum ceræ non arderent, culpæ affines. Deprehensi, facinorisque con-  
fessi & execrati, & ipsi per fidem & lachrymas sua lumina accende-  
runt; communemque omnium parentem D E V M propter D. Seue-  
rinum nouis laudibus extulerunt.

Agmina locustarum eiusdem arcis viciniam populabunda in-  
vaserant, totam gentem ad incitas redactura, nisi & hic Seuerinus  
succurisset, qui praescriptis ex more precum & ieuniorum legibus,  
motumque emendatione effecit, ut ne quid detrimenti inferrent  
segeti examina locustarum; uno duntaxat demto, qui parum & rei  
habebat

Cocullo  
Lazare  
Tuinam  
hodie exi-  
bitur.

DE S. SEVERINO

habebat in agro, & minimum erga Deum spei; Alijs enim comprehendebat solus de recula sua sollicitus euolauit ad fundum suum, nec quicquam à suo agello pestem auertere conatus, cum aliorum omnes intacti seruarentur, solus ille præda locustis fuit, aliorum liberalitate, postquam factum damnauit suum, alendus, ex cuius danno patuit, cuius beneficio reliquorum fundi fuerint intacti.

Alia atque alia deinceps, vbi cunque pedem posuit Seuerinus opera, quæ naturæ facultatem excedunt, ostendit. Iubæ (de quo oppido scriptores certant, deletum putant alij, alij Salisburgum, quod quidem Eugippij scholastæ inficiatur) Iubæ, inquam, dum ageret, ingressus ædem sacram ad seras Vesperæ preces, diu laborantibus ministris in excutiendo igne, ille calore precum ardētum, cereum, quem manu tenuit, accendit.

Eodem loci fugientem ex fæmina animam reuocauit.

Quintanis ædicula extra pomerium in plano sita palis humi depectis imposita, in quo vicem soli tabulæ erant projectæ, quas idem eluuiis inundabat, ut pauimentum sterni non posset. Intellexit hoc ex inquinis Seuerinus, & aquis præcepit, ne vñquam ad tabularum altitudinem ascenderent, ne cementum, quod ponit, iusfit, abluerent. Paruere vnde, vtinam & homines, nec crucis signum, quod inundationi limitem fixerat, vñquam attingere ausæ.

Defungitur interim Quintinis B. Siluinus presbyter, quem Seuerinus digresso ex æde secundum piaculares vigilias & preces populo, iacentem in feretro, præsente tantum presbytero & diacono, in hæc verba affatur: *In nomine Domini nostri Iesu Christi sancte presbyter Siluine loquere cum fratribus tuis. Aperuit ille defunctus oculos: tum Seuerinus: Vt, inquit, rogemus Dominum, ut te adhuc seruis tuis in hac vita condonare dignetur? Per Dominum, inquit Siluinus, te coniuro, ne diutius hic teneas, & frauder quiete perpetuâ, in qua jam esse me cernebam; nec plura, mox exanimis quieuit. Disputatum de hac & hisce geminis historijs in Vridario primo super milite Carthaginiensi.*

Laureacenses exemit fame, cùm decimas egentibus promisissent.

*Patr. viii  
p. 117a.* Pròpiùs ad Boicam accedit Seuerinus. Batauis extra mænia ad Boiodurum cellam sibi religiosisque construxit, quod sèpius ab oppidanis eo vocaretur, ut hostium vim cælestibus precum armis à ciuium jugulis prohiberet. Gibuldus Alamano rum rex vexabat agrum Batauensem. Vbi de Seuerino præsente cognouit, eius desiderio videndi accensus, venit illum salutatum. Seuerinus, ne barbaro milite ciuitas premeretur, exemplo Leonis Pontificis venienti extra

extra oppidum occurrit, & tanta dicendi constantia & libertate aduersus regem usus est, ut Gibuldus totis artibus contremiseret, faceretque Seuerino potestatem quiduis impetrandi; qui captiuos e vinculis & seruitute per Amantium & D. Lucillum quamplurimos recepit. Multa dein rursum euentura de hostium incursionibus præmonuit, hortatus Batauienses ut fugerent; monitis parentes, Chunimundi regis ferrum euasere; vaticinia ridentes, omnes trucidatis sunt; inter quos presbyter, qui abituerint, ridendo dixerat: *Perge quæso sancte, perge velociter, ut tuo discessu parumper a jeuniis & vigiliis quiescamus*, qui mox risum lacrymis & languine expiauit.

Viennæ dum in suo cœnobio Euangelium legit, diuinitus intelligit aduenisse sacros D. Ioannis Baptiste cineres, quibus repente exiliens, occurrit, delatisque in cœnobium, templum dedicauit.

Salisburgum (hanc enim plerique Topiam seu Iuuauiam interpretantur) ultimo exitio haud procul aberat; didicit hoc Seuerinus, & mislo Moderato ex Batauiensi cœnobio, dein Quintasio quodam qui facerent ciues ea de re certiores. S. Maximus presbyter non pontifex, ut quidam scripsere, sed loco tamen, ut reor pontificis, cum fugam tardius expedisset, comprehensus pependit, & cum illo symystæ quinquaginta quinque, de rupibus præcipites aeti, animis cælum petuere; oppidum vastatum, ciues in seruitutem abducti.

Alia dein super alia in ægros, egentes, profugos, exules, peregrinos, Quintanis & Laureaci beneficia contulit, a quibus nunquam abfuit auxilium prouidentiae diuinæ. Illud singulare de Maximo seu Maximino, nam scriptura variat, ad S. Seuerinum ex Noricis alibus cum multa veste & donis asperrima tempestate, cum cælum rigeret, terra gelaret, & niuium tanta vis per noctem repente decidisset, ut viatores niuium aggeribus cincti tantum non viui sepelirentur; Vrsus inuium expeditius iter, qui per confragosa alpium deduxit errantes, quoad in culto solo & habitatis vicis extra periculū collocarentur. Vbi ad ostium Seuerini peruererunt, conscius ille ducis vrsi: ingrediantur, inquit, quibus viam, quâ venirent, fera aperuit: Non aliter ille oculis longinqua prospiciebat, atque nos propinqua contingere solemus.

Iam quoties ille Barbaros, Rugios, Alemannos aliósque ab opidis & ciuitatibus vel oratione coram, vel precibus solis abegit?

Decursurus jam vitæ spatiū, metæ proximus, Feletum Rugiorum principem cum coniuge accersitum seuerè admonuit, ita subiectos esse tractandos, ut sciret sibi de ijs apud supremum orbis dætatem Deum in ultimo tribunali rationem reddendam: Gisam vxorem

*Disceite ita  
fuerit mo-  
niti, & no-  
temnere  
Diuos.*

DE S. SEVERINO ABBATE.

vxorem illius, quę regem identidem à miti ingenio ad crudelitatem acuebat, tristius compellauit: cessaret tandem innocentes opprimere, alioqui futurum, vt regno simul ambo multarentur. Dedit & Friderico salutaria priusquam decederet, viuendi præcepta: ne pauperem reculam carperet aut attingeret, si fatus esse vellet. promisit, fefellit, perijt.

Fatalem diem biennio antè quām abiret signauit.

D. Lucillus Batauiensis sacerdos, ævo maturus, & natu grandis D. Seuerino nunciarat, se postridie anniuersarium diem D. Valentino, Batauiensi quondam Pontifici, & Coenobiarchę suo instauratum. Tum D. Seuerinus: *Si, inquit, B. Valentinus hæc tibi celebranda solennia delegauit, ego quoque tibi in eodem die vigilarum mearum studia obseruanda migratus e corpore derelingo.* Quo Lucillus oraculo attonitus, cum sibi velut capulari feni prius abeundum diceret: *Hoc erit, inquit D. Seuerinus, sancte presbyter, quod audisti, nec enim domini consilium humana voluntate præterierit.*

Nonis Ianuarij pleuridis telo iectus, vocato suorum cœtu, mandatisque extremis editis, cum omnes ultimum osculo salutasset, & sacrā synaxi impertiuisset vi. Idus eiusdem mensis, ex innumerabilibus vitae præsentis ærumnis expeditus, ad sempiternam immortalium gaudiorum quietem & triumphum in cælum est profectus. Corpus ligneo sarcophago illatum conditumque; quod non dubitarent mox alio deportandum. Sexto enim post anno cum barbari Romanos tota prouincia pellerent, coacti fugere, secum Diui pignus in Italiam transuixerunt. Quā ipsā in re vsu venit, vt, dum conditorum post sextum annum aperirent, tumulus ipse Arabicas odorum delicias, cùm sine pigmentis vllis esset conditum, redolaret, integrāque membrorum compago reperiretur, ita vt nec pilus de barba, nec capillus de capite defluxerit. Primum ergo ad montem Feletem, an Feretrum seu Feretratum? delatum, postremo in

Lucullano Gelasij Pontificis M. auctoritate positum

maximā populi veneratione hodiéque

colitur.

S. MAXI.

## S. MAXIMVS M. ET PRESBYTER SALISBURG.



Pendet ab infami tua Myastes arbore virtus,  
Qui magno maius MAXIME nomen habes.  
Sed tuit eternam crucis hac infamia famam,  
Infamemq; tuis hostibus usq; crucem.

Sic pendere iuvat, trahit hic ad sidera nruus:  
Arduus est trames, certus ad astra gradus.  
Si magus ille Simon hoc calum calle perfidet,  
Lepsus fragisset non sua crura deus.

F

S. MAXI-

DE BONVINO ZIVICO PESCARA

S. MAXIMILIANI PREDICATORIS SALISBURG



1572


1

S. M A X I M V S  
SALISBURGENSIS PRESBYTER ET M.

Alijs E P I S C O P V S.

 Tsi Auentinus & Lazijs hunc Iuuauiensem seu Salis-  
burgensem Episcopum tradunt, faciunt tamen hoc  
sine tabulis & testibus, cum exerte Eugippius san-  
ctum Presbyterum appelle: Sanctum quoque Maximum,  
inquit, spiritualis ritæ presbyterum instantius imperat admo-  
nere, ut saltem ipse contemptoribus derelictis, properaret a cæle-  
sti misericordia liberari, de quosibi Dei famulus magnam dicebat inesse mæsti-  
tiam, ne forte salutiferum differendo mandatum, imminenti subiaceret exitio.  
Prædictus itaque pergens imperata suppleuit, & reliquis incredulitate nutanti-  
bus, nuncius viri Dei presbytero retinente, atque hospitalitatem præbere cupi-  
enti, nullatenus acquieuit. Quâ nocte Heruli insperatè protinus irruentes, oppi-  
dumque vastantes, plurimos duxere captiuos, presbyterum vero memoratum  
patibulo suspenderunt. Quo audito, seruus Dei grauiter doluit præmonitos non  
curasse.

Fidem facit de Presbytero, non Episcopo, syllabus Episcoporum  
Salisburgensium, in quo nullum de Maximo verbum. Nec plura,  
quod meminerim, de hoc leguntur, nisi in Hypogæo,  
ut in auersâ paginâ vides.




DE SS. LV. MM. SALISBURG.  
SS. LV. MARTYRES  
SALISBURGENSES,  
EX FIDE ECCLESIAE SALISBURG.

cccc  
LXXVI.  
Auentin-  
Lib. II.  
Hundius  
Metrop.  
Scholia-  
stes Eugip-  
pi.  
Inscriptio  
crypta.

**V**nde cum S. Maximo presbytero quinque supra quinqua-  
ginta socij occubueré, de quibus Auentinus: *Maximum*  
*in crucem agunt, amplius quinquaginta quinque cum ipso symmy-  
stas contrucidant, è rupiumque cavernis, quo fugerunt, sicut ad-  
huc monstratur, præcipites agunt. Coluntur in æde D. Amandi, quæ ho-  
die est D. Margarithæ. Eugippius de his quinquaginta quinque ni-  
hil docet. Scholastes Eugippi ex Salisburgensum monumentis  
hausta putat. Ego ex conditorio sacro sub ipsa arce Salisburgi  
inscriptionem accepi, quam tibi cum adumbratione  
cryptæ spectandam & legendam  
subjicio.*

HYPOGAEVM  
Quinquaginta quinque Martyrum Salisburgensum.



Hs quinq. et quinquaginta Martyres  
suntorvano ad presentem formam  
et coluntur. conditorum enim  
ut coram certis,

A NNO DOMINI CCCCLXXVII CIDACER  
REX REUTENBURG, GEPPIOL GOTHI  
VNGARUM HERVUL CONTRA ECCLÆ  
DEI SEVENTUS REAUM MAXIMVM  
CÙ SOCIS SVIS QUINQUAGINTA QVinq.  
IN HOC SPÆLA EO LATITUDENTIBVS.  
OB CONFESSOREM FIDEI THOMAS CEDROS  
PRÆCIPITARUNT, NORICORVM  
QUOQUE PROVINCIALEM FERRO ET  
IGNE DEMOLITI SVNT.

Salisburgi infra arcem in crypta  
cum inscriptione expressa seruantur  
consecratum est, et aræ sacrae,  
instructum.

SS. LV. MAR.

## SS. MARTYRES LV. SALISBURGENSES.



O non tenuerunt quinq[ue]sue,  
Sed supra deciesq[ue] milliesq[ue]  
Felicis, quibus est datum perire,  
(Nam qui sic perit, haud periret vng[ue])

Testarig, cruento disciplinam,  
Non fusam Siculis dñi camini,  
Sed totam b[ea]tida trabe exaratum  
A pretore poli soliq[ue] Christo.

Ductu cuius et expeditione  
Pugnata est generosa pugna vobis,  
Et capta astra, Dei[us] castra, Cœlum,  
Quis felicius occidendo vicit?

F 3

THEODO-

DE 851655 22. MÄRZ 1987

22. MÄRZ 1987

THEODOLINDA LONGOBARD. REGINA BOIA.



Plena DEO, si non paret quid fœmina possit,  
Boica quam genuit, THEODELINDA docet.  
Quæ pia Sacrorum cultrix damnauit Arium  
Integra Romani iura secuta Patris.

Et Macropogonem tota cum gente reduxit,  
Vxor aberrantis facta magistra viri.  
Sic regina Gotum docuit, sic fœmina Celtas;  
Inferior sexu, religione prior.

DATA IN ODO TINDA REGINA 1601

THEODORY LONGORIÆ REGIVÆ 1601



## THEODOLINDA

BOIORVM PRINCEPS,  
REGINA LONGOBARDORVM  
RELIGIOSISSIMA.

**M**agnas Reip. Christianæ utilitates ab illustribus & sanctis matronis partas esse, fidelis temporum custos, antiquitatis memoria literis consignata testatur. Ad D. Pulcheriam velut firmam anchoram in Ecclesiæ temporibus confugit supremus D. Petri classis nauarachus Leo. Per infirma mundi, mulieres inquam, sapientia cælestis, refractarias in domitarum gentium ceruices jugo Christi subjecit; Feroce Francos, per Chrotildem: barbaros in Hispanijs Gothos, per Ingundem: Longobardos per Boicam hanc nostram Theodolindam: per Reginotrudem Theodonis Bojorum Ducus conjugem, Bojos. Fecit idem ante partum Virginis in Hebraicâ antiquitate potètia Dei, quando per Abimelechis interfectricem Deborah & Iahelem, per Hesterem & Iuditham, Israelem à presenti exitio & interitu vindicauit. Quid ni beatam prædicemus Theodolindam nobilissimam Boiorum stirpem, Longobardorum salutem, illa enim Agilulphum conjugem, Longobardorum regem, ex Arianæ fæcis impietate, ad purissimos Catholicæ doctrinæ fontes cum totâ gente traduxit. Maximum, inquit Velserus, vnum omnium sine controvèrsiâ beneficium, Theodolinda apud Longobardos, atque vniuersam Italianam collocauit, cuius gratiam nulla annorum vnuquam diuturnitas obliteratura est. Cum Longobardi eo vsque, aut inani Deorum superstitione occupati, aut nomine tenus Christiani, peruersis Arianorum opinionibus implicati, neque salutem ipsi suam curarent, & Ecclesiarum bona publicam prædam rati, res sacras promiscue vbiique popularentur, illa diuinitus incensa, maritum magno animo aggressa, monendo, suadendo, orando peruicit, vt Catholicam pietatem pectore admitteret. Quod consilium quam multa & magna bona, publicè priuatimq; statim consequita sunt? Rex Ecclesijs, quâ posset, satisfacturus, plerasque possessiones vltro largitus, Episcoporum existimationem, quæ contempta atque abjecta jacebat, ad aliquem dignitatis splendorem erexit, populares exemplo initati, pristinam impietatem vulgo ejurare, ad Ecclesiæ matris gremium, penitentia duci, conuolare, aduersus res, ministeriaque diuina pariter affici. Dein virtutibus illius ex D. Gregorij epistolis commemoratis subjungit.

Hæc

1578.  
S. Greg. M.  
Paulus  
Diaconus.  
Sigenius.  
E. Andreæ  
presbyter.  
Baroniæ.  
M. Velle-  
ræs, Galij.  
Bartholo-  
mannus Zucca-  
chius iste  
līcē.

## DE RELIGIOSISS. THEODOLINDA

Hæc Theodolindæ laudibus ex omni parte refertæ, testimoniorum sanctimonie antea relatis consentiens perhibent: tum ostendunt, eam, vt ad tria capita hæsitantem, Pontificiæ auctoritati præcipuam reuerentiam detulisse, neque se à Catholicæ Ecclesiæ communione, huius offendiculi causâ, vñquam abiunxisse. Ergo, vt compendio res ab illâ gestas indicemus potius, quam exequamur, nata fuit Theodolinda Garibaldo Boiorum rege, (ita Paulus & Sigonius vocant) quem tamen ferè negant ex Agilulphi familiâ descendisse, virgo nimium quâm honesta, quod vel ex eo cognoscitur, quod Autharis Longobardorum regis sponsi designati, quamvis nondum noti, digito & manu furtim in fronte, dum poculum illi propinaret contacta mox apud nutricem de eo questa sit. Ducta dein ab Authari in matrimonium, cum apud eum nihil posset vel blanditijs, vel seriâ abhortatione proficere, vt ab impio Arij dogmate ad veritatem Catholicam se conferret; Illo demum post sexennium, incertum cuius beneficio sublato, non destitit Agilulphum itidem Arianum, ad Ecclesiæ Romanæ sinceram fidem complectendam solicitare, quoad ipse cum totâ gente à persidâ Arianâ ad Pontificis Romani auctoritatem transiret, vnde infinita in Ecclesiam commoda, præter publicam pacem & multorum annorum quietam tranquillitatem, quæ post tot Italiae clades & strages respirauit, sunt profecta. Amisit deinde & alterum maritum Agilulphum, & ipsa per se cum paruulo filio Adalualdo regnum per decennium cum ingenti Ecclesiæ bono administravit. Quo anno è mortalî hoc regno ad cælesti imperium emigrârit, à scriptoribus quæritur; alij <sup>\*Baronius</sup> <sup>A. Christi</sup> <sup>10CXXVII.</sup> obiisse putant, \* alij maturius ante filij regno pulsi insaniam, vnde matrem contabuisse credunt mœrore, vt si fortè quas in aulâ regiâ contraxisset noxias, hîc expiaret, vt liberum ad cælum à morte aditum haberet. Bartholomæus Zucchinius <sup>xxii.</sup> Ian. <sup>10CXXVIII.</sup> defunctam suâ diem tradit, cui fides meritò habenda, cùm totam ipsius vitam studiosissimè composuerit. Condidit præter illustrem & visendam Modociæ regiam, etiam D. Iohanni Baptistæ ædem sacram, magnisque & regijs donis auxit, quod his verbis narrat M. Velserus. Theodolinda Modiciæ, quæ duodecim passuum millibus Mediolano abest, situ sub alpibus imprimis amæno, & salubribus auris per æstiuos calores temperato, Regiam & templum condidit, Theodorici Gothi judicium sequuta, qui prætorium ibi olim struxerat. Regia præter ædificij splendorem, picturâ veteres Longobardorum historias referente nobilitata, templum D. Iohanni Baptistæ sacrum amplis vèctigalibus locuplatatum, atque omni aureorum & argenteorum ornamentorum superpellentile

pellectile cultum est, quorum adhuc partem superesse ferunt. Voto gentem Baptista vniuersam obligauit, hac forma ad veterem pietatis sensum, a Rege & regni primoribus nuncupato, *Ut ipse S. Ioannes pro nobis interpellator sit, ad Dominum Deum nostrum Iesum Christum, nos omnes unanimiter pollicemur, illi omni anno in die nativitatis sue, hoc octauo kalend. Iulij de nostris facultatibus transmissuros honorifice ad oraculum eius, ut per illius interpellationem habeamus juuamen Domini nostri Iesu Christi, tam in bello, quam in alijs locis omnibus, quocunque ituri sumus.* Rata fuere preces, quamdiu cultus religio perstittit. Memoriæ proditum, Constantem Imperatorem post hos annos sexaginta, Longobardis bellū illaturum, cum Tarentum traieciisset, deque euentu solicitus, hominem solitariam vitam agentem, vaticinij laude clarum consuleret, vnius noctis petita mora, numine salutato, responsum tulisse: Nunc quidem vinci neutiquam posse, Reginæ exteræ factum obstare, collocasse eam in Longobardorum finibus Baptista basilikam, qui Deum perpetuis precibus appellat, sed futurum aliquando, ut templi neglectum gentis exitium consequeretur: cuius prædictionis fidem res temporum successu firmauit. Theodolinda donationis tabulis horribilem sanctionem adiecit, filij nomen habet, Regis mariti non habet, itaque marito demum mortuo, perscripta fit oportet. *Offert gloriosissima Theodolinda Regina, vna cum filio suo Adualdo Rege, sancto Ioanni patrono suo, de dono Dei, & de dotibus, chartulam sue donationis, quam in suorum praesentia scribere fecit. Si quis quolibet tempore, hanc testem voluntatis sue corruperit, in judicij extremi die cum Iuda traditore damnetur.* Placet hic Bartholomæi Zucchii elogium de B.M. Theodolindæ subiucere.

## THEODOLINDÆ

GARIBALDI BAIOARIORVM REGIS FILIÆ  
FL. ANTHARIT PRIMVM, DEINDE ID EXPOSCENTIBVS  
REGNI TEMPORIBVS, ET PROCERIBVS  
AGILVLPHI, LONGOBARDORVM REGVM CONIVGI  
ADALVALDI REGIS OPTIMÆ MATRI  
B. GREGORIO MAGNO PONTIFICI CARISSIMÆ  
RELIGIONIS CATHOLICÆ, PROBITATIS, PRUDENTIÆ  
VIRTUTVMQVE OMNIVM ORNAMENTIS  
CLARISSIMÆ,  
BARTHOLOMÆVS ZUCCHIVS MODOETIENIS  
MONVMENT. HOC OB INSIGNIA EIVS IN REMPVB. CHRISTIANAM ET  
PATRIAM MERITA IN PRIMIS OB MAGNIFICENTISSIMAM HVIVS  
TEMPLI ÆDIFICATIONEM MVLTIS DOTATI PRÆDIIS:  
POSITAM LONGOBARDORVM REGVM SEDEM  
MODOETIÆ  
CORONÆ FERREÆ, QVA REGES ITALIÆ ROMANIQ. IMP. CORONARI  
CONSVERVNT INSTAVRATIONEM  
PON. MAN. ANNO CHRISTI CIO. IOCVI. ET AB OBITU REGINÆ  
IO. CCCCLXXVIII.

DE GVNDEBERGA THEODOLINDÆ FILIA,

# GVNDEBERGA

THEODOLINDÆ FILIA,

GARIBALDI BOIORVM REGIS NEPTIS,

REGINA LONGOBARDORVM.



100XXX  
VII.  
Aimo-  
num lib. IV  
C. X. Sig-  
nus lib. II.  
dereg. It.  
M. Velse-  
rus Bosc.  
IV.

\* In castro  
Italia A-  
mello.  
A. M. lib.  
IV. c. X.

Ressit religiosissimæ matris vestigia, non impar vel pietate, vel pudicitia, vel religione filia, tam virtutum elegantia, quam rara formæ venustate visenda; nupta primum Arioaldo Taurinorum principi, qui postea Longobardis imperauit, admirabili gratia oris, & flore corporis fatigauit oculos procerum Longobardorum, inter quos Adalulfus ausus eam etiam ad stuprum inuitare, quod ipsa tam indignè tulit, vt os impurissimum loquentis insputarit, quæ res, vti Gundebergæ apud omnem posteritatem gloriam haud vulgarem peperit, ita magnam & copiosam exercendæ patientiæ sementem sparsit. Adalulfus non solum conscientiæ sceleris examinatus, sed etiam contumeliæ Reginæ inflammatus, vt scelus scelere, qui mos est impiorum, tegeret, accusationem occupat, & Gundebergam apud maritum Arioaldum regem de beneficio parato defert. Regnum de vxore Iasoni Etruriaæ principi desponsum. Graues calumniæ pronas alioquin ad suspicionem regum aures, & metus amittendi regni impulere Arioaldum, vt vxorem, hoc est, ipsam castimoniam ac virtutem, velut ream in vincula daret, in quibus tam diu haesit, quoad res publico duello innocentia testi (sic enim secretas olim & incertas causas finiebant) commissa est. Producti duo in arenam, quorum alter Adalulfi, alter Gundebergæ partes defenderet: Certatum spectante populo vltimis viribus, quod ad vicit innocentia, cecidit adulteri vicarius. Reddita luci & imperio Gundeberga locum tenuit, quoad rex vitæ simul & regno exueretur. Gundeberga in socium tori & imperij ascuit Harodum sanctissimis jurisjurandi religionibus adactum, seruaturum æternam summi beneficij memoriam, jus & fidem nunquam violaturum. Omnia spondentur, cum regnandum est. Harodus in possessione regni collocatus, oblitus cœli & tori, Gundebergam immerentem in custodiam dedit, vbi illa quinquennium in luctu & lacrimis, votisque ac longâ abstinentiâ eximum cunctis tolerantiae specimen dedit, donec Harodus Franci arma metuens, reginam absterso carceris

GVNDEBERGA REGINA LONGOBARD. BOIA.



Cedite Graiugena: Romana Lucretia cede:  
Illas vicit Boia pudicitia  
Ausa lacesentis squalore os infame dynastae,  
Propter fidei lecti perfida vincula pati,

Donec commissa est iusto pia causa duello,  
Et vicit castus, iudice Marte pudor.  
Sic regnum famamq; simul regna recepit,  
Addidit et virtus dona, perenne deus.

G ceris

DE CHINDESSERG JHESOPO: INDIÆ MLI

GRANDEBERG RIGINI LONGOBARD. BOIV



...deinde cunctis modis ut possit ad hanc  
...viam perire. Nam non solum  
...ad hanc modum perire possunt  
...viam perire. Nam non solum

...deinde cunctis modis ut possit ad hanc  
...viam perire. Nam non solum  
...ad hanc modum perire possunt  
...viam perire. Nam non solum

CCCLXVII C

ceris squalore regio cultu ornatam, per publicas vrbis vias & tempula circumductam loco, regno & toro bona fide restituit, ac deinceps sincero amore & honore prosecutus est. Hæc mortalium rerum vi- cissitudo est, vt læta tristibus, tristia rursum lætis temperentur.

Theodolinda mater lectissima, & sanctissima fæmina, ex præteritis annis non infelix, in summâ vitæ acerbitate, quod ita vitæ illius rationibus expediret, vltimum diem clausit. Filia in ipso vitæ curriculo varijs jactata tragœdijs, lætiorem exitum sortita est. Excitauit & ipsa, exemplo matris, D. Ioanni Baptistæ nobilissimam ædem Ticini, auro, argento, preciosaque supellestili ornatam, in quâ demum ipsa velut suo quodam Mausoleo condita est. Coronidis loco subiiciam Gilulsi Foroiuliensis ducis filiam, Garibaldo, vt tradunt annales Boiorum, principi nuptam, tam laudatam pudicamque virginem, (seu Gallam, seu Appam, seu nescio quo alio nomine nuncupatam, nihil enim certi deprehendi) vt ab Hunnis cum tribus fororibus eiusdem virtutis, regijs puellis, capta, ne ab impuris & barbaris prædonibus violaretur, conditis, sub mamillari strophio, crudis pullorum carnibus, & calore corruptis, immaneque fætentibus, non militum tantum vim & contumeliam effugerit (quod morte tamen plerasque redemisse, veterum exempla testantur) sed omnem sensum cogitationemque à se libidinis auerterit. Digna

certè virtus, quæ si in fastos Sanctorum non mittatur, saltem historiæ inseratur, æternis literarum monumentis celebranda.



DE S. RUPERTO  
S. RUPERTVS  
BOIORVM  
APOSTOLVS.



306. Se-  
mit. XXVIII  
objt.  
Monumē-  
ta Salm-  
burgensia  
apud Hen-  
ric. Canis-  
ius tomo  
VI. & II.  
pag. 1038.  
& seqq.  
rursum  
1106. Pe-  
trus de Na-  
sal. I. 12.  
c. 5. Iaco-  
bus Lanu-  
ensis. Lau.  
Surus 27.  
Maj. Mar-  
tyrol. Ro.  
& Baron.  
ad illud.  
Idem tomo  
Annal. 7.  
infine.  
MS. Chro.  
Salob. pra-  
fatu. Hun-  
dus Merr.  
Molana.  
Avent. I. 3.  
M. Velle-  
ria I. 4. rer.  
Boio. Ar-  
not. VVion  
p. 2. 27.  
Mart. Tris-  
them. de  
Gerris illust.  
ord. S. Be-  
ned. alii.

V PERTVM regio Francorum Scotorumque Principum sanguine editum fuisse, docent monumenta veterum Scriptorum, ac prius Vangionum (quos hodie VVormacenses appellamus) pontificem, qui rem Christianam & pro concione, & vita morumque integritate mirum in modum per omnem Boicam propagauit. Apud Vangionas cum Auditores naetus esset, a suè vité rationibus prorsus abhorentes, & omni vitiorum genere corruptos, suscepit morum disciplinā coepit flagitia extirpare, legem Christianam vrgere, virtutum fementem facere; bonis, cæli spem ostendere, perditis æterna flamarum in- idia minari; quod a grè more non nouo, corruptissimus quisque re- bant, maximè principes gentis, qui spes vitæ suæ sibi incidi, commodaque viuendi, & illecebras tolli videbant: viuo tamen Childeberto nihil ausi tentare; extin- eto, mox innocentissimum virum, salutis curatorem, ac paren- tem arreptum, seruilem in modum flagris cæsum, pontificatu Reginotrudis Childeberto; vel, vt alijs visum, Theodeberto rege Francorum nata, Theodosius III. Boiorum Principis coniunx, fæ- mina Christianis sacris ab incunabulis initiata, & sancto religionis amplificandæ studio egrègìe incensa, quæ nec sollicitare animum viri cessabat, nec à precibus desistebat, quoad illum ad veri Dei cul- tum traduceret. Reginoburgi seu Ratisponæ tum, quod caput erat Boiorum, reguli sedem fixerant, in quâ non paucas Romani, pietatis Christianæ reliquias pulsæ reliquere. Inaudierat de excellenti Ru- perti virtute Theodo, jam ab uxore institutus, & ad cognoscendam legem Christianam mirè inflamatus; missòque oratore, eum suo nomine ad Boicam & ipsam Ratisponam inuitauit: veniret, & Christo se, suosq; mancipi transcriberet; spem non videri in herbâ, sed in albente jam messe. Rupertus maximam opera spem sibi oblatâ mi- nimè negligendâ ratus, primum de suis aliquos lustratum prouincia misit, & cum res opinione felicius succederet, ipse secutus est, cui ad urbē accedenti cum populari nobilissimis ipse Dux Theodo occur- rit, & Pontificē officiosissimè salutatū, & humanissimè exceptū, toto peccatore

## S. RUPERTVS.



Presulis unius quid non valet inelita virtus,  
Cuius ab ore Deum Boica tota bibit.  
Lustrat caelesti THEODONEM fonte RUPERTVS,  
Et dominum genit tollit ad astra caput.

Ille suis maior, quos cernuus ante colebat,  
Dijs, calcat pedibus numina culta suis.  
Gens imitata ducem melius quoq; numen adorat,  
Nam regis pietas, fit pia norma gregis.

G 3 pectore

80192 N N 1910 10 0

S. RAPELIAE



1500 1500 1500

pectore complexus est, quem Rupertus Christianæ religionis desiderio incensum, capita primum cælestis doctrinæ docet, & mox puro salutis fonte lautum, Christo gentis caput, & primitias despondet, consecratusque. Tota gens cum principe diem festum agitauit, quo nullum sibi neque lætiorem, neque beatiorem illuxisse non falso gratulabatur. Principis exemplum sequuti proceres, & plebes certatim Christo nomina dedere, viamque ad cælum aperuere. Sed Rupertus maiora animo complexus, nequaquam vnius ciuitatis compendio contentus, consensa naui omnia Danubio adsita oppida, pagos, vicos lustrauit, ipsasque Pannonias penetrauit, ac ingentes cælo opes intulit, retroque iter, quæ venerat relegendu, Lau reacum inuisit, ibidemque cælestis doctrinæ fementem jam olim ab exordio Ecclesiæ per sanctissimos illic viros factam, ad maturitatem perduxit, multosque mortales non ab animi tantum cæcitatem ad lumen veritatis traduxit, sed morbos etiam à corporibus profligauit. Reginoburgum reuersus, cum vnum se tanto labori feren do non esse persentiret, in Galliam regressus, socios inde secum, quibuscum onus maximarum occupationum partiretur, vndecim ad duxit, inter quos, præter Erentrudem Neptem, vel, ut alij malunt, sororem, sanctissimam Virginem; præcipui Chunobaldus, & Gisilarius Presbyteri fuere, quibus infra sedem inter Diuos singularem assignatam cernes. Ergo omnes consensu nobilissimum opus aggressi, inferorum delubra subruere, Christo tempa excitare, populum erudire, mores gentis ad Christianam viuendi rationem componere, Boicam totam lustrare; Rupertus ipse Theodonis liberalitate Iuuauiam, quod hodie Salisburgum est, expiare, pontificiam sedem ponere, Parthenonas virginibus, asceteria viris DD. Petro primum Apostolici collegij principi, Maximiliano dein Martyri, Georgio, Martino, aliisque passim per Boicam compluribus ædes sacras condere. Salisburgum Theodo pontifici concessit, prædia, vil las, lacus, amnes, piscationes, silvas, & venationes adiecit, tantique pontificatus fundamenta jecit, quantus hodie oculis usurpatur; vt merito sempiternam beneficiorum memoriam Boiorum principibus debeat Ecclesia Salisburgensis. Modum scribendi nullum faciam, si pensiculatius ad minima, maxima Ruperti facta descendam. Tu religiosè lector, hæc apud veteres, & hodiernos scriptores eadem copiosè per te cognosces. Vitam mortalem cum immortali commutauit Rupertus eodem die, quo die mortem auctoritatem, ex inferis rediuius superauit. vi. inquam Calend. Apriles, qui fuit ipse dies Paschæ, Anno Christi, ut coniectant historici certiores,

Lib. 2. Anno  
119. Lett.  
Ex VI Hen  
recensit

DE S. RUPERTO BOIORVM APOSTOLO.

DCXXVIII. Translatus est postea à D. Virgilio viii. Cal. Octobris, quo die natalis eiusdem celebratur. Qui Theodonis benignitatem in Rupertum, & dona Ecclesiæ oblata quærerit, in tabulis Salisburgensibus reperiet. Adiungam his tantum ex Boica M. Velsleri breuiarium ex Ant. Leet. descriptum. *Extat, inquit, donationum breuiarium, anno, quo Carolus Magnus Boicā potitus, ab Arnone Episcopo conscriptum, quod nos præclarum cœtu statis monumentum rati, sèpè deinceps laudaturi sumus. Tunc contributæ præter urbem, atque agrum, circa siluarum & pascuum abunde, tum villa coloniæq; rusticæ varijs locis complures Mansos appellabant: Romani quidem cum mansis tributarijs octoginta quinque, formula veteres Italici sanguinis prouinciales significante, quos paulò incommodius habitos par est credere: Vineæ ad Danubium prope Reginoburgum aliquot: Salinis, fornaces excoquendo sali viginti, & decuma omnino vectigalium, quæ fiscus id loci cogeret. Salinas tum primum inuentas, quod cœtu fertur, ex hoc scripto intelligi non potest.*



THEODO

## THEODO III.

RELIGIOSISSIMVS PRINCEPS,  
PRIMVS BOIORVM DVCVM  
CHRISTVM PROFESSVS.



Ts nullus dubito, tam Theodonē ipsum, quām con-  
iugem ipsius Reginotrudem lectissimam fæminam  
& religiosissimam principem, in societatem cælitum  
à morte adscitos esse, quia tamen in publicis Ecclesiæ  
tabulis eorum nomina in apotheosis relata necdum  
legi, id mihi non sumo (quod nonnulli fecere, qui  
suā auctoritate, tanquam supremi Ecclesiæ Magistratus, quos vi-  
sum, Diuos pronunciārunt) vt illos, quorum nomina Fasti sacri,  
seu Romanæ, & omnium gentium matris Ecclesiæ, seu priuatæ  
cuiusque patriæ non expresſere, sanctos indigetem. Beatos opini-  
one vel populorum, vel etiam plurium gentium, præsertim multis  
seculis & miraculis confirmatā, habitos, vbi summi Pontificis au-  
ctoritas non refragatur; appellare non formidem. In quo censu  
Theodonem ponendum, negabit opinor nemo, nisi qui de excel-  
lenti eius in Deum & Diuos pietate nihil dum inaudiuit. Hic enim  
fuit, qui primus à perbeatā coniuge Reginotrade incitatus, D. Ru-  
pertum in Boicam euocauit, venientem non secūs ac missum è cæ-  
lo nuncium accepit, sacra Christiana sibi exponentem audiuit. Nec  
sibi tantum profuit, sed genti vniuersæ facem pietatis præluxit; pri-  
mus cælesti fonte tinctus. Ruperto auctor fuit Euangelij per omnē  
Boicam promulgandi, locum sacris ædibus assignauit; oppida, pa-  
gos, fora, vicos, cortes, lacus, siluas, agros vltro Deo consecrauit,  
pontificatum Iuuaiensem condidit, nihilque non egit, quod suum  
aduersus Deum cultum ac religionem declararet; immò diem vlti-  
mum obiturus, Theodeberto ex se nato, Boicæque hæredi, rem di-  
uinam omnibus modis procurandam augendamque in postremis  
mandatis vnicè commendauit, vt nihil in eo defuerit, quod  
in sancto viro, justo principe, optimo Chri-  
stiano desideres.

S. EREN-

106XV.  
In Gestis S.  
Rupert.  
Annales  
Bosseriana

DE S. ERENDRVDE  
S. ERENDRVDIS.

Bod. temp.  
Idem au-  
tores, qui  
in Ruper-  
to.



Ororem hanc alij, alij neptem D. Ruperti, dignam, quæ tantum virum, ut vitæ sanctitate, ita sanguinis propinquitate attingeret; Euocatam hanc è Franciâ D. Rupertus, cœnobio Virginum amplissimo, à Reginotrade Theodonis vxore, condito, & magnæ Dei Matri Virginique Iuuauij in Nunnarum monte consecrato, præfecit, in quâ illa præfecturâ perinde se gessit, ac si virginum ultima & vilissima esset. pforam pueris & furtures abstersit, vietum egentibus subministravit, votis assidue Numen venerata, post beatam è vitâ emigrationem, multis post sæculis multa in omnis generis mortales beneficia contulit, cum ab elephantiasi, morbo immedicabili, multos purgauit; alijs amissam facultatem videndi restituit; alios ex latronum insidijs eripuit; apoplecticos curauit, medicis ipsis medicinam præsentem exhibuit, vnde non paucos laudum suarum præcones posteris sæculis inuenit. Colitur ab Ecclesiâ Romana prid. Cal. Julij.



S. EREN.

## S. ERENTRVDIS S. RVPERTI NEPTIS.



Sancta docent sancti tibi quis sanctissima Virgo  
 Tam sancta sanctas, imbeuit arte manus!  
 Ut miseris psoram fandasq; a corpore labes,  
 Viceratq; ablueres utq; putres vomicas!

Ille tuus doctor cognata stirpe RVPERTVS.  
 Tam sanctis olim moribus auctor orat.  
 Ille animos fons, lassos tu corporis arcus,  
 Nepte annus hac dignus, dignaq; neptis aeo.

B. VVIN-

DE 27 JULY 1542

2 ERLINTRADIS S. RAPHELI NETHLIS



1542  
2 JULY  
ERLINTRADIS S. RAPHELI NETHLIS

1542  
2 JULY  
ERLINTRADIS S. RAPHELI NETHLIS

877

L

## B. UVINTIRVS EX AGASONE PRÆCO CHRISTI.



Si pecus Arcadicum potuit docuisse Propheten,  
Arcadicæ rector non queat auris idem:  
Ars rudit, et tantum fallendis piscibus apta,  
Facta est caelstis docta magistra schola,

Pallia barbati sapientis penula vicit,  
Penula victricis signa secuta crucis:  
Quid mirare rudem pietatis tradere mores?  
Plus doctis dictis, candida vita mouet.

H. B. UVIN-

DE MUNTHO

PLATEA EX AGVSONE BRVCO CHRISTI



Qui dicit omnia credere  
non est credere. Quia credere  
est invenire. Non enim credere  
est credere invenire. Non enim  
credere est credere invenire.

Qui dicit omnia credere  
non est credere. Quia credere  
est invenire. Non enim credere  
est credere invenire. Non enim  
credere est credere invenire.

177.2

H

## B. VVINTHIRVS,

M V L I O.



Best Monachio mille admodum passus Neohusium  
vicus, hodie sub præfecturâ Dachauensi, in quo  
non inelegans visitur templum, ubi conditus hodie  
B. VVinthirus colitur, neque de ratione vitæ plus  
nobis constat, quād quod constanti maiorum nar-  
ratione ad nos peruenit, VVinthirum aduenam  
jumentis clitellarijs victum quārentem, hoc loci in vili casa  
sedem posuisse, & Christianam disciplinam tum primum per  
Boicam passim crescentem, per hunc quoque virum magna  
præsertim inter colonos augmenta sumfisse, quod is suam agre-  
stibus operam in Christi lege promulgandâ admodum utilem  
& salutarem collocaret. Non semper æterna Dei potentia per  
doctos & expolitos doctrinâ philosophos docere rudes consuevit, sæ-  
pè doctos per rudes etiam erudit. Adoleuit enim cælestis nostræ re-  
ligionis doctrina non per Atheniensium sophismata doctorum, ne-  
que per Romanorum disertas orationes, sed pescatorum, & rudium  
discipulorum non rudem, qui in illis vigebat, spiritum. Feruntur  
VVinthiri mira multa supra naturæ vim effecta, quæ non inelegan-  
ti descriptis versu clarissimus vir Io: Gailkircher, serenissimo Boiorū  
Principi Maximiliano ab intimis consilijs, I. V. D. qui in eodem pa-  
go prædium habet, quem lubet historiæ nostræ etiam fidei facien-  
dæ, attexere, cùm totam complectatur vitam D. VVinthiri.

Creditur, ut priscis famâ memoratur ab annis,  
Quando sancta fides has primitus imbuit oras,  
Numinis indoctas cælum, terrasque regentis,  
Virpius ardente in Christum succensus amore,  
UVVinthirum indigetan at auorum ex ore nepotes,  
Lustratis passim templis, Diuimusque facellis  
Boia, quibus primæ meruit sibi nomina laudis,  
Tandem etiam has Iſaræ niueas voluentis arenas,  
Venisse ad ripas, hujusque ad limina templi,  
Sub gurgustiolo, peregrinum indutus amictum,  
Contentus modicâ stipe, vel quas angulus horti

H 2

Reddebat

D E B. UVINTHIRO.

Reddebat fatuas, pauperrima prandia, betas,  
Noctes atque dies psalmis intentus & hymnis,  
Sanctum Christe tuum, Caeloque Erebóque tremendum  
Nomen adhuc inopes fidei docuisse colonos,  
Kuricolis segetes, & læta armenta precatus.

Mira viri virtus, miris inclinavit actus,  
Omnia terrarum media Alpes inter & Istrum,  
Hinc inde occasum spectantia Solis & ortum,  
UVinthiri illustris pietas & fama tenebat.

Cernere erat morbis medicam superantibus artem.  
Aut quibus aerumnis alijs & tuncunque grauatos,  
Huc celerare gradus, densisque venire cateruis,  
Ad tuguri, & viridi congestum cespite culmen,  
Fatidici, ac modestis solatia querere rebus.  
Nec spe frustrati plerique abidere (quis unquam  
Falsus & incassum Christi veneratus amicos,  
(consilij vel opus discessit egenus & exspes?)

\*exfor. ab.  
Sæpe videre fuit linguaeque & lumine captos,  
Et pedibus manibusque agros, longisque trementes  
Febribus, aut alio miseros discrimine rerum,  
Hinc prece UVinthiri, placata Numinis ira,  
Ad sua sanatis remeare mapalia morbis,  
Auctorique Deo primas, laudesque secundas  
Decantare viro tantâ virtute potenti.

Fama habet, hisce Deo placitus dum vixit in oris,  
Inuigilans precibus surgentis ad ostia templi,  
Commendans superis hominum pecudumque salutem,  
Vix unquam trifido tactas a fulmine messes,  
Arboribus raro subitas nocuisse procellas,  
Rarius ventem scabiem, pestemque malignam  
Cornigeros petijisse greges, timidisque bidentes.

Nec vero exemplum mortalibus, hicque sepultum,  
Cælicolasque inter fato meliore fluentem  
Deseruit pietas, & egentis cura populi,  
Huic sua solenni ritu votiva ferentis,  
Orantisque Deum, suffragatore beato  
UVinthiro; veniam culpis det, crimine nexos  
Expediat penit, ventis imponat habenas,  
Auerat tristes maturis frugibus imbres,  
Arceat a stabulis diræ contagia pestis.

Christe

Christe salus hominum, sanctorum prima virorum  
Gloria, quos ardens tua sancta, fidemque professos,  
Religio & virtus meritis super aethera vexit,  
Hic ubi pro nobis misera statione relictais  
Multa gemunt, veniam noxis, pacemque rogantes,  
Eia age da molles, facileisque precantibus aures,  
Quae nocitura vides ( uno omnia conspicis ictu  
Syderei de sede Domus ) mortalibus egris,  
Fac procul hinc absint ingrati a finibus agri,  
Te miserante Deo, sanctisque in vota vocatis,  
Cum quibus aeternis floret tibi gloria seculis.



DE S. EMMERAMMO  
S. EMMERAMMVS

*sive* EMMERANVS MARTYR,  
EPISCOPVS RATISPO NENSIS.

1503.  
Omnis  
Martyro-  
logia. Et  
quos in ex-  
ordio vita  
posuit.



Lures in componendis rebus ab Emmerammo gestis laborarunt, & ij perantiqui, quorum ferè primus fuit Aribō, seu Cyrinus, seu Heres dictus. Meginfredus alter Magdeburgensis Magister, cuius hodie librum ex monumentis Reginoburgicis habemus. Nec parū ad rem contulit Arnolphus comes Chamensis, & Vochburgius ad S. Emmerammi Reginoburgi, S. Benedicto initatus, quod ipsamet Epistola ad Burchardum Abbatem, qui Meginredo libros duos de admirandis Emmerammi operibus adiecit, docet. secutus hunc Andreas religiosus presbyter Reginoburgi ad S. Magnum, M. Conradus de Monte puellarum. Nectacuit Arenbeckius, Christophorus Hofmannus, Franciscus Gruenewaldus, Auentinus, Laurentius Surius, M. Velserus; & yix est inter singulares Boiorum cælites, qui plures habeat virtutū præcones, atq; hic fortissimus & omnium literis meritissimò celebrandus Emmeramus. Excitat certè numen ipsum piorum animos ad fortium virorum facta memoranda, vt & hoc inter præmia vitæ præsentis non sit postremum, quando in Christianorum memoria æternū vivunt. Ego ex Meginredo & Arnolpho, quos antiquissimos habeo, quæ ad narrationem pertinebunt, præteritis Rhetorū ambagibus & encomijs, delibabo, simûlque subscribam, quæ ipse ex antiquis S. Emmerammi cœnobij monumentis nuper accepi.

Pictorum Vrbs Auguſtoritum, ex Aquitaniâ misit nobis Emmerammum non Boiorum tantum, sed vniuersæ Germaniæ & singulare Christiani orbis jubar. Erat literis sacris, & disciplinâ Christi a puero domi eruditus. Vbi adoleuit, magna & cælestia animo consilia agitauit, cælum nouis gentibus aueturus. Hunnos in Pannonijs gentem barbaram & militarem, ad Christi sacra conatus est adducere. Delatus in Boicam Reginoburgum, incidit in optimum principem Theodonem, qui illum omni ratione cœpit retinere, & persuasit, vt in Boicâ rem Christianam adjuuaret.

Iacebat Ecclesia Boiorum in cunabulis; magna pars malè exulta, miscebat sacra profanis, & sanctissimam Christi Religionem execratis dæmonum ceremonijs polluebat. Nec præscribi sibi potentiores

S. EMMERAMMVS M. ET PONTIFEX RATISBON.



Miratur virtus hierarche vulnus, et horret  
 Brachia trunca manus, crurāq; trunca pedes.  
 Miror ego celsam sacerdoti in corpore mentem;  
 Cum pia sit, credi vult tamen esse nocens.

Paucis mentiri licuit tibi fama calendis.  
 Mox pius in toto corpore fulsit amor,  
 Est amor immensus alienas pendere noxas.  
 Ardua nec virtus altius ire potest.

H 4 tentiores

1700-1710-1720-1730

2. EDITION



1700-1710-1720-1730

tentiores ab humilioribus patiebantur. Hos plerosq; omnes emendauit sanctitas & virtus Emmerammi, qui totum triennium in agro Boico excolendo positum eam collegit messem, cuius nec illum, nec Boios, nec omnem horum posteritatem vñquam pñnitere vel debuit, vel potuit. Inter hæc, res atrox præter omnium vota interuenit. Sigibaldus flore corporis & maiorum ceris inter paucos nobilissimus ardebat. Utam, Theodonis Boiorum principis stirpem: & illa cerea in vitium flecti culpæ succubuit, vterumque indies magis ac magis ex concepto fœtu intumescentem nullo artificio potuit coercere. Per crebrescente infamia, vterque ultimum sibi vitæ discriben iminere ominatus, omnes vias periculi declinandi inquirerant, nec aliud consilium reperere, quam ut ad sanctum Pontificis Emmerammi oraculum confugerent, quererentque, possent ne aliquam expediendæ salutis rationem inuenire: crimen fatentur, læsam Maiestatem Principis ostendunt, auxilium infimis precibus & lacrimis implorant, ultimum supplicium, nisi deploratis rebus succurrat, expectandum.

Erat res eo loco, quemadmodum cuius promptum est judicare, vt nullum consilium liberandis nocentibus opportunum occurseret. fugerent in alienas terras: longas sciebant regibus esse manus; & vnde in annos reliquos commeatus: quis hospes exciperet hostis Boiorum futurus: omnia inexplicabiles ostendebant rei difficultates. Emmeramus tamen vtriusque sortem vehementer, vt erat facilis in clementiam, miseratus, jam olimiter Romam religionis causâ adornabat; viam ingressus miseris facit potestatem culpam in se transferendi. triduo progreditur, ac sciens volens mirante comitatu subsistit, perinde tanquam carnificem expectaret, quem præceperat secuturum. Ante profecionem ex fidis Volketo presbytero denunciat, quod postea euenit, se atroci suppicio ob alienam noxiā mactatum iri: velle se, vbi de nece accepisset, per illum apud sacros ordines Patrum, post necē purgatum, ne quis suum factum in exemplum vitio excusando trahat; decretæ se animam suam pro ouibus suis & amicis ponere. Vta interim ex vteri tumore prodita, Emmerammum edit stupri auctorem. Theodo filia & gentis infamia propè in rabiem actus, fatentem in vestigio obtruncasset, nisi proceres intercessissent, cædēmque à filiâ partim precibus, partim vi prohibuissent: quod proximum erat, proscriptam, omniumque gentem, in exilium relegat. Lantbertus filius, sororis violatæ contumeliæ irritatus, velut estro quodam furoris corruptus, Emmerammum viris, equis persequi institit; quem Heliendorfij

DE S. EMMERAMMO

dorsi intra fines Boicos deprehensum, laudésque Deo statis precibus ad tertiam horam inter Diuorum sacra pignora ad lucernas canentem corripi imperat, sibi que in eminente faxo domus stanti adductum, acerbâ irrisione compellat: Salve sanete gener Principum; ades affinis noster Boiorum, stuprator Virginum, violator Religionum, dedecus gentis, familiae noxa. Hoc est Sacerdotem, Antistitem, Pontificem agere? hisce sacris Boicam gentem initiaſti? hoc pietatis exemplum in omnem posteritatem propagasti? his factis beneficia Principum compensas? qui te peregrinum domo; rerum omnium egentem, copijs, neglectum honoribus excepimus, juimus, coluimus? sic ouem lupo commisimus? qui defendere vim ab ætate virginum debueras, hanc ipse nefarius virginis prædo infers? domumque principum æternâ infamiae notâ contaminas? Emmeramus se Romam petere testatus, si quid accusaret, posse illum apud summum orbis Christiani judicem id exequi, ibi responsurum, & poenas, si culpæ affinis esset, soluturum. Clauerat furor au-  
res Lantberto, & modestâ Pontificis excusatione magis incitatus, scipionem, quo nitebatur, in pectus Episcopi, quasi sceleris vindex, maioris auctor impegit, rapique ad supplicium jubet, & membra-  
tim concidi, vt lenta morte excruciatuſ, tormentum ipsa morte grauius experiretur. Comites omnes in latebras se abdunt, saeuitum inde à carnificibus, vt gratiam principis demereretur, in sanctissimum præfulem, radiisque scalarum innexo, sanctissimas manus praedi-  
dunt, castissimos oculos expungunt, nares praefecant, aures auel-  
lunt, linguam radicitus extirpant, partes ipsas, quibus regiam virginem corrupisse ferebatur, exsecant: pedes detruncant. ita semine-  
cem, suoque in sanguine palpitantem, destituunt. Iacebant hinc  
cruentæ manus, illinc resecti pedes, hic sacrata lingua, illic præcisæ  
nares, auræque, miserabile mortalibus, gratum cælitibus (ob inui-  
etum herois robur animi) spectaculum; voluitur in cruento trun-  
cum corpus, non vox, non gemitus inter tanta tormentorum cru-  
ciamenta pontificis auditur, vt nullus dolor inuicto animo extor-  
queret patientiam. Incolæ digresso Lantberto, disjecta passim  
membra colligunt, & in cauam arborem condunt. Adiunt auguſtio-  
re, quæ pro humano modo, cælites duo equeſtri ornatu culti, &  
ſollicitè de præfulis artibus quærunt: mirantur vicani inuſitatum  
Equitum splendorem, ostendunt arborem. & funera membrorum  
corporis adhuc spirantis collecta, peregrini cælites membra fecum  
auperunt, & stupente agrestium coetu vanescunt. Metientes inde  
Helfendorſij Emmerammi sanctitatem, vehiculo spirantem impo-  
nunt,

nunt, & Aschaimum ad duodecimum inde lapidem deportant, sed ad nonum progressi, ingemiscente Martyre subsistunt, depositique ex carpento & extremum spiritum exhalantis excipiunt, inusitata luce circumfusi, quæ recta, spectantibus cunctis, cælum cum ipso petebat. Conditæ utroque loco aedes sacrae, & ubi terram sanguine purpuravit, & ubi vitæ finem fecit. Funus Aschaimum delatum in æde principis Apostolorum conditum, quoad è cælo moniti, Pontificem sedi suæ, haud abnuente Principe, restituunt, ac Ratisponæ ad D. Georgij, quod ipse templum frequenter obierat, depo- nunt. Prodidierunt interim ingentia passim miracula in ipso itine- re facta viri innocentiam, & immanitatem Lantberti, qui profugus ad Auares & Hunnos demùm miserè perijt, & illius stirps per tre- centos annos mille casibus jactata poenas ob Lantbertum Martyri dedit, nisi qui supplices culpam alienam aui deprecarentur. Vixit Emmeramus x. Calend. Octob. 10 CLII. Theodo serò doctus de innocentia Pontificis, ut sibi numen, & sanctum numinis testem reconciliaret, ædem Reginoburgi S. Petro, & ipsi Emmerammo Cœnobium excitauit, quod hodieque maxime floret. Miranda ejus- dem facta post cedem & annos secutos, duobus voluminibus com- plexus est Arnolphus Comes Chamensis & Vochburgius, quem suprà laudaui, quæ in II. Antiqu. lect. Volumine cognosces. hic sufficiat res in vitâ gestas complexum fuisse. Adijciam tamen, quæ Franciscus Grienevaldus ex S. Brunonis sodalitate in Carthusia ad Ratisponâ Prüelensi ex M. SS. membranis de S. Emmeramo anno- tautus. S. Emmeramus, vulgo Haimeranus Episcopus Mart. de quo Cyrus seu Aibo Frising. apud Sur. tom. s. Item Meginfridus & Arnolphus Monachi apud Henric. Canisium tom. II. antiq. lect. enucleatæ & præclare, breuius Dn. Velserus. De hoc beato Martyre nostro memoria dignum est, quod excerpti ex anti- quis M.S. membranis, item ex Chronico F. Christoph. Hofmanni in hunc sensum: Diligenter est aduertendum, quod olim temporibus paganis & infidelium, in illo colle, ubi nunc est Monasterium S. Emmerami situatum, tunc extra muros ciu- tatis fuit locus arborum sylvestrium, ubi diversorum simulacra Idolorum ab in- fidelibus colebantur. Quâ superstitione hominum stultitia tandem diuinâ gratia euanebantur, & fide Catholica parum scintillante, ibidem luco deposito viles ca- sa pauperum hominum suburbanorum ciuitatis construæ fuerant, & inter eas- dem casas constructum fuerat humile oratoriolum, in quo consecratum altare fuerat per fidèles Christi, tunc tenuiter clarantes in honore D. Georgij Martyris. Quæ quidem Capella steterat ibi tugurijs more, araque ipsa ibidem in eodem Mo- nasterio cernitur hodie eiusdem Martyris S. Georgij ad latus australe, versus am- bitum dicti Monasterij. Ante quam aram D. Emmeramus primum fuerat tu- mulatus

DE S. EMMERAMMO EPISC. RATISPON.

mulatus dicto Epitaphio adjuncto. Nemo denique mortalium de hoc ipso mirari debet, quandoquidem beatissimus Martyr in eadem capella Domino jubente voluit quiescere, & extremi sententiam examinis praestolari. Quia quem primo gratia docendi populum in fide Catholica in Ratisponam transstulisset, post crebros frequentes labores circa gregem Domini dictam Capellam a tumultu hominum alienam, sepius idem vir sanctus solus Deo placere desiderans, vigiliisque & orationibus incubens inhabitauit. At quis suis temporibus sedi huic Ratisponensi praefuerit Episcopus, haec tenus reperire non potui, nec ipse sanctus pater ibidem electus, sed casualis tandem pater fuit, seu aduenticius, cui etiam Clerus dictus Ratisp. urbis in exiguis suis, ut in historia sua planius legitur, reverentiam magnam exhibuit. Vtrum vero Clerus ille tunc habuerit Episcopum, nec ne penitus subiectetur. Hac Magister Conradus de monte puellarum, Canonicus Ratisp. maiorisq. ibidem Ecclesiae plebanus. Hucusque F. Hofmannus. Addi potest ad laudem Sancti, hereticorumque modernorum ignominiam, Qualiter urbs Ratispona ob cultum hujus Martyris sit significata & ditata, cum Arnolpus Imperator muros ob hujus Martyris honorem Ratisp. ampliauerit. Item quod propter miracula eius Ratispo. in praestantissimum Emporium sit elatum, cum usque hodie nundinæ annales ibi in festo S. Emmerami, S. Erhardi, S. Georgij celebrentur, quæ hodie valde exiguae ob heresim, olim amplissimæ & mercatura frequentissimæ fuerunt. Item quod hodie ciuium Lutheranorum aedes plerique à maioribus ad aras S. Emmerami, VVolfgangi, Erhardi, & perpetuo censuales factæ sint. Item quod in proverbiis & ritibus peruererit usque hodie, terminos pacti vel solutionis, vel sippendij in natalem S. Emmerami constituendi, &c. quod Ratisponenses nihil ausspicati fuerint, vel finiuenterint sine hujus sui patroni memoria, ut ex antiquis literis patet diversis.

Item quod Bauarii juramenta sua supra altare seu baculum eius praefliterint, & quam dira vultio super perjuros venerit, ut ex Arnolphi scriptore claret. Item memorabile & notatu dignum nostri Martyris nomen per miracula ejus stupenda ita & tam late peruenisse, ut illi non solum in Bauaria, sed per totam Germaniam, imo & in Italia, & in Hungaria Ecclesie & templa erecta.

De Italia testatur Arnolph. lib. 2. Tom. II. antiqu. lect. pag. 136.

In Vngaria propè Fünffirchen / S. Emmerami extitisse Ecclesiam, in vita SS. Benedicti & Andreae, apud Sur. Tom. 2. vel 3. memoratur.

Moguntie Serrarius habet in Nördlingen / Munsterus in VVembding, & alibi paßim aedes S. Emmeramo sacrae citantur.

Denique eximenda videtur opinio, quam vulgus habet de Capella S. Emmerami, super Monachium juxta Veringen pagum, vbi primitus illum sepultum fuisse credunt. Contradicunt historia, que ejus primam sepulturam in Ascheim denotat: Sed in illo loco juxta Veringen cum ejus corpus Ratisponam transferri deberet, nauigio impositum fuit, vbi forsitan multa contigere miracula, ob quorum memoriam illa aedicula S. Emmeramo ibi fundata est. teste Auentino.

S. VVICTER.

B. HERLVCA VIRGO.



Dum certat celum pro Virgine, certat et Orcus.  
Corporis fit, mentis predicit illud opes.  
Mentem Herluca suam nunc huc, nunc duxit illuc;  
Deteriora illi, mox meliora placent.

Lumina cæcantur, dum voluit mente tenebras.  
Lumina redduntur, mens vñi numen amat.  
Wictric rexit dubiam, exextig cadentem;  
Ni cœcūisset, cœca futura fuit.

I S. VVICTER.

DE 2. OPICTERPO EPISC. VINC. VINCENATURO

H. HERMAG. VIREO



2. 17. 2

S. UVICTERPVS  
EPISCOPVS AVGVSTANVS,  
EPTATICI CVLTOR.



VVicterpum, alij natione Gallum, alij Germanum  
crediderunt, quod in Boicā fundos haberet ad Epta-  
ticum ( an Epachium, vel Hepachium, vt hodie no-  
men tulit ) sitos: A teneris in caelesti religiosorum di-  
sciplinā ad cælitum vitam æmulandam eruditus, Di-  
uo Benedic̄to se addixit, in cuius institutis tantopere  
promouit, vt ob morum eximiam innocentiam, & doctrinæ ele-  
gantiam cæteris sodalibus in amplissimo Elefancensi cœnobio ad  
omnem virtutis & eruditionis laudem informandis ab Hariolpho  
apud Lingonas in Gallijs pontifice præficeretur, eidēmq; postea ad  
cælites euocato; in eodem monasterio Abbas sufficeretur. Ita nun-  
quam virtus cultores suos in obscuro diu patitur obsolescere. Et  
quia ille se hoc modestius gerebat, quo altius ascenderat, non desti-  
tit fama nomen ejus celebrare, quoad eum in Neuburgensi Pontifi-  
cis Cathedrā collocaret, vt publicam vitæ sanctioris lampadem  
mundo exempli causā ostenderet. Nec hic finis honorum: in im-  
peratoriā demum vrbe Vindelicorum Augustanā, supremam illi  
antistitis sedem velut Germaniæ oraculo virtus adsignauit. Sunt qui  
conijciunt hunc ipsum fuisse B. Fortunatum, postea Episcopum  
Pictauiensem. sed hi procul à sacrâ veritatis linea aberrant, cùm scri-  
ptores tradant B. Fortunatum minimum quinquaginta sex annos  
ante D. VVicterpum viuere desisse. Anno, inquam, Christi D C V I I .  
qua longissimè vitam propagauit ( nam qui anno demum D C C L .  
objisse scribunt, totâ, quod aiunt, viâ exerrant. VVicterpus D C L X I I I  
aut 11. decessit, vt ipse vetus auctor contendit. Metamorphosis er-  
gō mera & mira est de Fortunato in Episcopū Augustanum trans-  
formato. Sed in viam reducamus VVicterpum, qui mox, vt ponti-  
ficatum suum exorsus est, ab Arianæ pestis latè per orbem adhuc  
grassantis extirpatione initium fecit, nec vllam quietis partem sibi  
permisit, quoad fædissimam luem ab ouibus suis aboleret. Quin &  
D. Afræ per Hunnorū populationes pænè alterum rogum passæ,  
ædem sacram, nondum ciuitatem donatam, sed extra pomerium si-  
tam, in pristinum, aut majorem etiam splendorem restituit. Reli-  
giosis viris asceteria noua partim à fundamentis erexit, partim in-  
staurauit, partim initiauit. Sed quid hæc, inquis, ad Diuos Bojorū,

I 2 extra

10CLXIII.  
Catalogus  
Eptc. au-  
gust. Vira  
S. Magni  
apud Suri.  
um lib. i.  
c. g. s. s. a. a.  
gußam.  
Carolus  
Stengelinus  
in Vira S.  
VVicterpi.

DE S. UVICTERPO EPISC. AVGUSTANO.

extra chorūm saltas, & in alienām segetem mittis falcem. Ego vero tam æquo jure D. VVicterpum transcribo Boijs, quām sibi vendicant Augustani, ut quem ipse conditor historiæ ejus arbitretur in Boicā natum, in Boicā majorem vitæ partem traduxisse, etiam dum Pontificatum Augustanum procuraret. Fundus VVicterpi Eptaticus inter fauces Iulias, & Schongaium in tabulis topographicis Boicæ apparet, quem nonnulli Ecpach, quod in diuortio duorum Lyci alueorum jaceat, suspicantur. Carolus Stengelius, qui S. VVicterpi res longā sacerdorum caligine sepultas, in lucem reuocauit, de Eptatico hæc tradit:

*Diu inuestigavi, num adhuc locus ille, Eptaticus, in vitâ S. Magni, & B. Herluce vocatus, extaret, pagum ipsum nunc Eppach dici inueni. De Ecclesiâ non ita constabat. Inquisierunt eundem locum (cum in vitâ S. VVicterpi legissent) eximij quidam viri, illac forte transeuntes, sed nihil hujus titulise inuenisse testati sunt. Incidi tandem in hominem rusticānum, quem diligenter examinans, num quid Ecclesiarum sub titulo Beatae Mariae Virginis, & S. Laurentij extaret? respondit: In pago Eppach nullam quidem Ecclesiam hujus tituli extare, cum duas tamen habeant; itinere vero vnius horæ, non longe à Lyco flumine, loco omnino solitario & inculto, superesse paruum omnino sacellum hujus tituli. Quo responso omnino in eam deueni sententiam, ut mīhi persuaderi paterer, hanc ipsam esse Ecclesiam, quâ delectatum B. VVicterpum legimus; ubi & postea Herluca vitam egerit. Frequens ergo patrium (vti quibusdam visum) solum, & solitarium VVicterpus, atq; à strepitu vrbis remotius, & supplicijs, votisq; aptius incoluit, & socios laboris à Deo poposcit, & impetravit, nam & D. Maximi nominis Magnoaldus, hodie Magnus, cum B. Tozzone, cui imitram VVicterpus postea reliquit, ad B. VVicterpum peruenit, copiamq; cœnobij haud procùl inde condendi postulauit, in quo mortalium animos ad cælestem vitam informaret. Sed de SS. Magno & Tozzone, qui pleniorē narrationem desiderat, Surium, & vitâ S. VVicterpi copiosissimè ab alijs scriptam audeat. Hic alia attingenda tantum, quæ à VVicterpo in Boicâ sunt gesta, ad rem nostram faciunt. Ex Galliâ confectis per D. Magnum negotijs, reuersus Eptaticum, Theodorum Campidonensis Ecclesiæ conditorem cum B. Magno excepit, qui precantem Eptatici offendere, & ad ædem dedicandam Campidonum euocauere, qui id se facturum pollicitus est, vbi prius B. Magnum sanctioribus mysterijs ministrum initiasset. Campidonum profectus templum consecravit, & Eptaticum regressus xiv. kal. Maij, DCLXII. vel III. ex laboribus & presentis vîte fluctibus ad salutis æternę portum migrauit. Eptatici sepultus. plura in B. Herluca.*

B. HERLVCA

## B. HERLVCA

## V I R G O.



Veuia hoc decus Boicæ procreauit, in qua vixit & de-  
 nata est Herluca, quæ primis virentis æui annis in ipso  
 flore adolescentiæ coepit litare genio, & indulgere na-  
 turæ ad vanitatem more suo suos trahenti. Sed quæ  
 maxima Dei clementia est, ab humanâ dementiâ ra-  
 rò cognosci solita, valetudine diuturnâ afflicta, didi-  
 cit sentire, quæm fragiles inanésque spes mortalium essent. Vbi ta-  
 men reualuit corpus, animus quoque rediit ad morbum & ingeni-  
 um. Sic enim infelices comparati sumus, vt, cùm laboramus, cæ-  
 lum votis impleamus, & omnia sancta polliceamur; restituti sani-  
 tati, mox in animi ægritudines, & vitia recidamus. Herluca nobis  
 documento fuit, quæ simùl ac morbo tentata est, animum ad me-  
 liora flexit: curata mox antiquum obtinuit. Donec grauiore casu  
 prostrata, luminibꝫque orbata jacturam oculorum fecit. Tum de-  
 dum aperire mentem, & animo cernere, Superos non ludi, tandem  
 igitur constanter apud animum instituit, se, si videndi facultatem  
 recepisset, in officio fore, omnémque vitam in studio religionis  
 consumturam. Hæc voluenti & decernenti diuinitus in mentem  
 venit, vti orbem æreum oculi simulacrum ad S. Cyriaci M. cineres  
 voti cauſâ mitteret, ita alterum ex oculis recuperatura. Misit, &  
 tam acrem alterius oculi aciem accepit, vt facile aliis omnes viden-  
 divi superaret, nec illa, ante obitum, vnquam hebetata est. Atque  
 vti ne beneficij obliuisceretur, & poenam culpæ semper agnosceret,  
 lusca atque vnacula, hoc oculatior animo, permanit. Ergò muta-  
 ta cum animo veste, quam ex profanâ in religiosam conuertit, ad  
 sanctiora studia se applicuit, allorūmque commodis studiosissimè  
 deseruit. ac veluti naturæ ordine progressum factura, primū se  
 infantium vſibus addixit, ita vt matrum & nutricum vicem functa,  
 sordes illorum ablueret, vestes concinnaret, aliisque necessaria mu-  
 tis adhuc officia paeris puellisque præstaret; quæ charitas præstan-  
 da ostendebat. cuius spectatam virtutem, quæ se velut publica lux,  
 mox in viciniam, aut inde longius diffudit, Adelhais Manegoldo  
 Palatino Comiti nupta, religiosissima fæmina sibi adsciuit, vt operas  
 jungerent, & votis Deum assiduis, sibi propitiarent, adeoque fami-  
 liarem & amicum redderent. Inuidit horum pietati (vt lolet hostis  
 concitari in eos, qui se præter morem vitæ sanctiori dedunt) & vigi-  
 lantium

DE B. HERLVCA VIRGINE. 1

Iantum oculis informi se formâ tartareū monstrū obiecit, vt constantiā precandi, veluti terricolo fæminis naturâ trepidis, extorqueat, ignémq; lucernæ vigilē extinxit: quem cum Herluca mox ex cinere animasset, laruāq; denuo restinxisset, illa tam ardētibus Deum votis sollicitauit, vt omnia mox cinislonum ludibria, non sine ingēti tamen fragore, quo excita familia castrū funditū euersum credebat, euanuerint. Lux verò vana vmbRARUM terriculamenta aperuit, cùm sine labe castellum sartum tectum appareret, nisi quòd Herluce è noxiō inferi serpētis afflatū genæ intumuissent, cui idem nunquā non alias insidias nec quicquam ponebat. Verè tamen ob vanitatem orationis & officiosum mendacium à S. Felicitate septem martyrum creatrice reprehensa est, cùm ancillam furori heræ falso dicto subtraheret, & seipsum ream apud Deum faceret. Sed deletâ lacrymis culpā, sæpiùs cælestibus visis est dignata, cùm illi se Adelhaidis sorores, sanctæ & illustres Virgines, magnâ circumfusi luminis gloriâ, spestantas præbuerunt, vt & ipsam Adelhaidem secundum mortem in amoenissimis hortorū campis vidit, verū tenui quasi nebulâ, tanquā ciuilis & inquietæ vitæ, labe nonnihil obscurâ velatam. Multis aliis rerum cælestiū spectaculis Herluca interfuit, cuius animus in cælo obuersabatur. nec mirum, illam ad tantam sanctimoniac laudem peruenisse, cùm magistros habuerit & moderatores vitæ VVilhelnum Hirsaugiensis cœnobij antistitem, virum eximiâ vitæ innocentia prudentiâque, cuius <sup>star</sup> in frâ res gestas exponemus: venit enim in censum Boicorum Sanctorum, cùm ipsi natale solum Boica dederit. Reliquerat Herluca VVilhelmus hoc præcepti, vt eo in loco sedem collocaret, vbi se largius à Deo cælestibus gaudijs inundari persentiret. Experta hoc est Eptatici, de quo plura in S. VVicterpo. Eò enim delata, & à S. VVicterpo dudum apud Superos viuente, per cælestem speciem ibi objectam inuitata, mansit Eptatici multis annis, quoad à barbaris electa alias sedes querere coacta est. Multa præsensit, prædictaque Adalberti absentis mortem & supplicia inferorum, quæ veluti præsentia spectabat. Multos ad vitam emendandam adduxit, virgines permouit, vt florem pudoris intactum Deo consecrarent. Frequenter D. Laurentius & B. VVicterpus se visendos illi obtulerunt. S. Laurentius propè etiam familiaris illi fuit, ita vt ab eo semper ferè ad sacram synaxin deduceretur. Pulsâ Eptatico Herluca venit Vermilacum, seu Beronicam, quod est in Boica Cœnobium ad lacum Vermicum Bernriedense, vbi extremos vitæ annos peregit, cuius & conditorum ibidem hodie colitur. Longè his plura Paulus addit, quæ in ipsius vita leges, nuper Ingolstadij, operâ Iacobi Gretseri cum Gregorio VII. editâ.

S. MARI-

<sup>altero</sup>  
Volumine.

<sup>Bundus</sup>  
P. 194.  
Anetum  
Lsp. 194.

## S. MARINVS M. ET PONTIFEX.



Quid Vulcane furis! si noxia corpora queris,  
 Latrones vras; labe tiara caret.  
 Sed fure; quo maior focus est, hoc gloria maior;  
 Ignibus ex magnis, lux quoq; magna venit,

Quam lucem nullis extinguent sacula fastis,  
 Nec totum innumeris obruet æquor aquis.  
 Perge MARINE, roges furat, urat, et hauriat artus,  
 Virtus est letho, fortior, igne fides.



## S. ANIANVS ARCHIDIACONVS S. MARINI.



Præsul in ardeni cum torrerere camino,  
Et vîtor summo iam poterere Deo,  
Hoc quamvis absens ANIANVS sensit, et aeger  
Quantumvis agras mouit ad astra manus:

Quo pater absq; tuo properas diuine ministro?  
Laurenti poterant te monuisse preces.  
Sed manuist fieri Laurentius ipse MARINVS.  
Absq; rogo dominum tu comitare tuum.

SS. MARI-

2. ANNUAS ARCHIDIVONAS S. MARINI



2. ANNUAS ARCHIDIVONAS S. MARINI

2. ANNUAS ARCHIDIVONAS S. MARINI

## SS. MARINVS

EPISCOPVS M.

ET ANIANVS

HOMOLOGETA.



Arinus antistes, idemque auunculus Anianiarchidi-  
 aconi, apud Hibernos bono loco natus, & literarum  
 cultu expolitus, primum Romanam SS. cinetes venera-  
 turus cum Aniano profectus, & ab Eugenio (qui S.  
 Martino Pontifici Maximo in Chersonesum, Con-  
 stantis Monothelitae imperio, relegato & extincto,  
 successerat) potestate legis Christianae per orbem propagandae acce-  
 pta, alpes transgressi ad ipsas radices locum religiosae exercitationi  
 quæsiuere, vitamque ad rationes primorum anachoretarum qua-  
 draginta annis exegere, olere, sale, pane, frigidam, & cum lautissime  
 vellent epulari, lenticulam & caseo contenti. Nec inter haec officium  
 docendæ ruditis plebis partim paganæ, partim Christianæ, partim ex  
 vtraque confusæ, omisere. Vastabant eam tempestate Boicam Sclavi  
 seu Venedi, quos ex vulgi errore Vandalos appellabant, & nescio,  
 quæ indagine (ut latrones omnia prædae causâ ritu canum latibula  
 vestigant) ad ædiculam Marini penetrârant. diuerso vterque specu  
 rebus diuinis operabatur, Marinum positis humi genibus vota Deo  
 soluentem offendunt, ac primum insolentiam loci & aspectu viri san-  
 eti perculsi gradum suspendunt: mox abiectâ reuerentiâ, obfirma-  
 tis animis irrumunt, & aurum argentumque ab extremâ pauper-  
 tate viri poscunt. defossos à sene in circumiacentium accolaram su-  
 ga, thesauros suspicabantur, omniūque aliorum sensum suā auar-  
 itiā metiebantur. Ille spes suas omnes & res in cælo, rebus humanis  
 dudum abiectis, sitas ostendit. Hi auditum Christi nomen execra-  
 ri Marinum jubent, ac pecuniam prodere, secumque prouinciam  
 obire, & gazophylacia indigetare. Sanctissimus antistes numen cæ-  
 leste, quod à puero coluisse, negabat vñquam se posse aut velle ab-  
 jurare, gazas nullas habere, nullas scire, locum denique nunquam  
 deserturum. Rapiunt ergo innocentem ad quæstiones, & exquisi-  
 tissimis supplicijs tortum, in medium flamarum incendium mit-  
 tunt, etiam tum pro ipsis nefarijs latronibus, passis in cælum mani-  
 bus, ut magistri pietatem exprimeret, deprecantem. Anianus inte-  
 rim

1527.6.1.  
 Ex monu-  
 mentu Ce-  
 nobij Re-  
 tam.

Vsque ad  
 Leonij in  
 persum.

DE SS. MARINO EPISC. ET ANIANO.

rim valetudine prostratus, sumto cælesti viatico, cognitâ Marini  
nece, latus eodem die, qui fuit ante **xvii.** Cal. Decemb. cum suo  
Pontifice cælum petiuit. Latuere supra centum annos sacra Diuo-  
rum pignora, cunctis mortalibus ignota. Priamus demum presby-  
ter Pipini & Carolomani quo diuinitus per visa doctus inuenit. Tol-  
lusius Episcopus Aurisum (pagi nomen est) transtulit. Et cum ad-  
mirandis operibus tumuli celebrarentur, conditum ad Rotam flu-  
men haud procul VVasserburgo templum, instituta per Sacerdotes  
res diuina. Poppa nobilissimus inter Bojos dynasta & judex quæsti-  
onum ibi fundos habebat, quos hæredes ædi sacrae magnam partem  
addixere. Demum Cono Pâlatinus major, Vta coniunx, cum ge-  
minis liberis Conone minore, & Immengardâ sorore, & Cononis  
vxore Elisabethâ Lotharingâ, prædijs & fundis aucta ædem euoca-  
tæ S. Benedicti familiæ tradidere. Extat autographum Henrici IV.  
Imperatoris, Reginoburgi anno **c. 10. lxxxiii.** scriptum, quo Co-  
nonum donationes ratas habet. Henrici auctoritatem Fridericus II.  
**Hundius** tabulis, Piscariæ anno **c. 10. ccxxvi.** comprobauit. Laudatur inter  
alios Dux Spoleti Renaldus, qui ex Guelforum Boicorum stirpe de-  
scendit, & Palestinæ Palatinum loco Friderici, vt alibi narrabi-  
mus, egit. Ex multis beneficijs, quæ multi mortales ad sacras Mari-  
ni & Aniani tumbas non raro impetrarunt, vnicum, exempli causâ,  
collocabo. Impia Hunnorum agmina Boicam, cùm in Othonem  
Magnum arma mouissent, inundarant, & templo, aras, sacrâque  
omnia ac profana juxtâ habebant. Incolæ ad templum, velut sa-  
cram ancoram confugerant, & vectes portâsque clausas hosti obje-  
cerant. Illi sacras ædes apertis luminibus saepius obeuntes, & in ipso  
tamen meridie cœcutientes fores nullas reperere, rati nullas illi tem-  
plo portas esse, coepere dolabris aditum moliri, quin & ipsam janu-  
am cœdere securibus, quam non videbant. Sed repetè cælesti vi per-  
culsi, cæptis destitere, & se in pedes velut deprehensi templorum de-  
peculatores coniecere. mox etiam ab Othono in Licati-  
bus vieti cæsique poenas impietatis  
**anno Chr.**  
**cccclv.** persoluere.

S. ERHAR-

## S. ERHARDVS EPISCOPVS RATISBON.



Mitratas aly quantā ambitione cathedras  
Quarunt, tu tantā religione fugis;  
Et manus inter centones vivere cento  
Quam gemino pressum vertice ferre caput.

Interea claudi vestigia corrigit; agros  
Proscripta morbi vivere peste iubes:  
Dispellis noctes oculis, solēmq; reducis;  
Omnia Natura iam tibi tura litant.

K S. ERHAR-

SEPHYRDAS EPISCOPAS KATZBRUN



S. ERHARDVS,  
qui & EBERHARDVS & ARIONARDVS,  
EPISCOPVS RATISPOENensis.



Erunt alij, S. Erhardum & Hildulphum Albertumq; <sup>1300</sup> ex nobili Bojorum creatos sanguine, alij Neruios, alij Noricos, qui cum Boijs ijdem sunt, alij domo Scotos fuisse tradunt, quod M. Velsoro placet. & legi in M.S. Codice Montis S. Erhardum Scotum appellari, Ratisponę in S. Emmerammi domicilio bonis litteris & morum innocentia sanctissimè institutum: atque Hildulphum quidem apud Treuiri pontificatum administrasse; Erhardum Arakadensem Episcopum, Treuiris, cùm Hildulpho se abdicanti Erhardus successor quæreretur, omnia alia sibi potiora ratum, profugum Ratisponam venisse, ibique à religiosis e S. Augustini disciplina fæminis hospitio, propter cœnobium exceptum, ætatem cum summâ vitæ sanctimonia transfigisse, omnisque generis ægrös curauisse. S. Otiliae Virgini facultatem videndi ab ipso natali negatam precibus, dum illam salutari fonte baptismatis tingeret, impetrauit. S. Hildulphum non pono, quod dubiā fide scribatur Bojus, et si

Auentinus Bojum affirmatè tradat. Erhardum Leo nonus Pontifex Maximus præsens Ratisponæ cum D.

VVolfgango, cælesti honore colendum sanxit.

Martyrpoli  
Molani.  
M.S. Moni  
tu Ande-  
censis.  
Cratopoli  
in Treuir.  
Epif. p. 260  
Hundius  
Metrop.  
Auentin.  
M. Velsor-  
ius l. 5. pag.  
288.

Anno ch.  
M. LII.

## S. PIRMINIVS.

1000  
n. in Boi-  
cam.  
Martyrol.  
Rom. Beda  
Trithem.  
Henricus  
Aug. Abb.  
Varmā-  
nus comes.  
Episc. Con-  
flantensis.  
Vita S. Me-  
fili (sic Archiepiscopum reor appellat) suam lucubratiunculam in-  
scripsit, nec cuius esset regionis, aut sedis, aut regni Episcopus, ad-  
jecit.

Annales  
Herem.  
anno Chre-  
tianorum  
IV. Hundr-  
us Metrop.  
Brufonis  
de Mona.  
Germ. Au-  
gientis ca-  
nobis tabu-  
la, lectio-  
nes, monu-  
menta. Ex  
Mauri Bal-  
dungi scri-  
ptis & no-  
tis de S.  
Pirminio.

\* Sindes-  
laum ap-  
pellat Hart-  
mannus  
comitem  
aut pres-  
byterum.  
In Vita S.  
Meginra-  
di Sindes-  
laus presby-  
ter audis.  
Membra-  
nus Vineas  
rum con-  
panter  
Sindela.



Armannus comes, idemque Constantiensis antistes, & Henricus Augiæ cœnobiarcha res à S. Pirminio gestas, in publicas tabulas retulere, quas religiosus vir Io: Rieber apud Vineas illustre Cœnobium presbyter ex vetustissimis membranis transcriptas ad me misit, è quibus velut è fonte, quæ ad Pirminium pertinent, præteritis omnibus parergis & prologis, delibauit. Auctor vitæ *Luitolpho Archipra-*

*Vita S. Meſili* (sic Archiepiscopum reor appellat) suam lucubratiunculam inscripsit, nec cuius esset regionis, aut sedis, aut regni Episcopus, ad- jecit.

Pirminium Meldensem aut Metensem pontificem ferunt, quâ tempestate apud Francos Theodoricus regnum obtinebat. Multa erant in Pirminio, quæ illi passim mortales conciliabant: mira vis dicendi, ratio cum virtute viuendi, animosq; hominum cum modesta grauitate, quam suauitas temperabat, tractandi; quæ res efficiebant, vt magnos animorum motus cieret, conciones populo- rum frequentaret, multos à peccati licentiâ auocatos, ad innocentiam traduceret, magnos denique operæ fructus domi faceret, famaque viri, nominisque sanctitas longè latèque differretur.

Detulerat è pietas & religio dynastam ex Germania \* Sindeslaum, sacros Beatorum cineres passim per orbem lustrantem, qui secundum rem diuinam cum Pirminio, quem ex verbis pro cathedrâ ad populum factis arbitratus, nihil à sanctis abesse censuit, congressus de statu gentis prolixè conquestus, exposuit, quo loco res essent in Germania; labi morum disciplinam; negligi sacra; squalere aras; rem diuinam in postremis haberi; passim licere omnibus, quod cuique liberet, nihilque pensi haberi numinis præcepta. Verendum es- se, ne, si nemo aliquis è sanctioris vitæ disciplinâ pontifex profligatis populi moribus, & neglectis religionibus, succurreret, omnes ad damnatas olim paganorum superstitiones relaberentur; ac proinde, vt res postulabat, etiam atque etiam rogare, & infimis precibus eni- xissimè obtestari, vt propè depositis & conclamatis rebus suppetias iret, pristinumque Ecclesiæ & religionis cultum ac nitorem restitueret. Placebat Pirminio nobilissimi viri oratio, præsertim cum accederet comitum Sindelai asseueratio, infimâque apprecatio. Sed ex- pediendæ rei multa in primis obstabant; sui gregis cura; decreta Pa- trum, quibus cautum, ne quis falcem in alienam mittat segetem:

Romani

## S. PIRMINIVS EPISCOPVS.



CELTICA te misit, suscepit NORICA tellus,  
Censorem genti NVMEN utrig dedit.  
Cui sicut spectare pios in priusule mores,  
Huic pro censurâ tam pia vita fuit.

Plurimus errabat quâ nunc iacit AVGLA serpens.  
Venit ut hic MARSVS, vîpera terga dedit.  
Templorum celsas eduxit ad aethera molâs,  
Expugnaturus SANCTIOR astra GIGAS.

K 3

Romani

2 PRIMINAS EPISCOPALIS



2 PRIMINAS EPISCOPALIS

2 PRIMINAS EPISCOPALIS

Romani pontificis auctoritas, sine quâ frustra quicquam taretur: Romam igitur petendam, sententiâque præsidis orbis Christiani rogandam: ipso volente, jubenteq; libenter ad Alemannos, Boios, Sueuos, totâmq; Germanicam gentē profecturum, opemq; & operam cum sanguine & vitâ impensurum. Itur in Italiam; Gregorius II. primum consultus hæsit, Pirminij ignarus, donec ad S. Petri tumbam inusitato spectaculo admonitus, cum animaduertisset, pedum Pirminij solido pauiamento tanq; in ceram defixu perstare, correxit consilium, & Pirminium à precatione surgentem ipse positis humi genibus veneratus, complexusq; rogauit, quæ illum caussa impulisset tam longinqui itineris suscipiendi: quam exponenti interuenit Sindeslaus auctor itineris, qui Pontifici prolixè deharrauit, quo loco res essent in Germaniâ, qui religionis neglectus, quis morum & disciplinæ Christianæ status, licentia & solutio, quæ omnia tam flebili oratione deplorauit, vt Pontificem in lacrimas ire coegerit, præser- tim cùm Pirminius adjiceret, nec apud Francos, Galloscq; vigere studia Christianæ disciplinæ, vbiq; desiderari operas ad vineam Domini excolendam. Gregorius vtriusq; oratione percusus, perinde tanquam ipse laborantium Ecclesiarum, malorumque auctor esset, qui non maturius prouidisset, Pirminioque religionum, cæmoniarum, ac morum, emendatore per literas commendato, Theodoricum regem Galliarum hortatus est, vt coacto præsulum consilio sua decreta recitaret, Pirminium ad restituendam Ecclesiarum disciplinam adhiberent, ipsiusque auctoritatem sequerentur. Rebus in Gallijs vtcunque compositis, Pirminius Sindeslaū in Germanias fecutus, cùm haud procul natali ipsius solo abesset, insulâ (Dives Augia nunc audit) elonginquo conspectâ: In hac, inquit, insula ædes sacra ponenda est. Negante Sindeslao licere cuiquam locum adire, serpentum venenis adeò infamem, vt ne vestigium quidem quispiam possit in eâ ponere; contrâ Pirminius: fidendum Deo, qui suis Euangelij præconibus eam vim dederit, vt super aspidem & basiliscum ambularent, & conculcarent leonem & draconem, ipsiq; serpentibus formidandi nil formidaret. Vbi proprius insulam ventu, Pirminius, fordes illas omnes & venena vi nominis & numinis Christi ab insulâ jussit faceссere; visaq; repente tanta per lacum copia noxiarum bestiarum transmittere, vt per triduum fluctus operie videbentur. Repurgauit inde insulam antistes, & vepreta senticetaque cum horridis tesquis extirpauit, paliuros inutilésque stirpes conuelit, omnibusque ad humanum cultum præparatis, cœpit moliri sacram ædem, quam Sindeslaus prædijs, fundis, agris ditauit, nec

K 4 vicini

D E S. P I R M I N I O.

vicini ornare desierunt, qui nouas aras frequentarunt. Ovvva no-  
men primum loco erat, postea Augia. Pirminius inde suum solem-  
\*Vita S.  
Megmar-  
dinarrar  
Berebtoldi  
Alemann  
morum Du-  
ex missa  
hac per  
Sindesbau  
a Pirmi-  
moguntia.  
ne tenens populum pro concione ad vitam Christianam erudiebat, dictaque moribus egregie cum doctrinâ conuenientibus, dein etiam admirandis & diuinis factis operibusque affirmabat: Nam quicquid ferè viri sanctitatis famâ celebres, preter ordinem vitæ communis, extraque naturæ fines, non suâ, sed Christi vi tentare ausi sunt, id omne Pirminius quoque admirandus in omni genere morborum ac malorum, quæ per genus humanum gravantur, curando præsttit ac designauit. Quæ res adeò celebrait illius nomen, vt se beatos putarent, qui ex ejus contubernio sodales possent in suas patriæ regiones deducere, suisque è patrimonij coenobia, templa, & odea excitare, in quibus Dei laudes diu noctuq; nunq; coticescerent. Proinde mox auspicijs illius condita sunt sacris viris religiosa domicilia compluria Althamanū, Schulturanum, Genginbachense, VVartzahanum, Mörbachiense, Moresmonasterianū, Niuvvenvillerianum, Horbacense, quod postremum à causâ haud paulo illustriore profectum hoc habuit initium. VVernherus nobilissimus ex Francis dynasta, sanctâ præfulsius afflatus famâ, quæ gratos passim virtutis odores spargebat, allegauit familiares ad illum, ad suam toparchiam inuitandum. Secutus ille internuncios, quid spes nouæ fementis in cælo faciendæ affulgeret, VVernherum conuenit, qui mox in agru suum deducto supplex obtulit, quemcunque locum religioso contubernio ædificando delegisset, in quo numinis æterni nomen assidue coleretur. Legit Pirminius primum sedem humilem, humileq; tuguriolum, nec admodum opportunum, quoad coloni monitu ad Gamundium, vbi duorum amnium concursus sinum efficit, noble asceterium suæ S. Benedicti familiæ extruxit. Gerebat ijsdem diebus res magnas apud Moguntiam Bonifacius, & per omnem Germaniam maximum operæ pretium faciebat: quem secundi rumores de S. Pirminij sanctitate Gamundium vsque traxerunt, vbi miris inter se officijs charitatis certauere, vtroque sibi gratulante, quod in alterius alter conspectum & complexum venisset. Aliquot exinde dies tenuere pontificum sanctorum familiaritatem, quibus salutaria de emendandi populi moribus, de disciplinâ Ecclesiæ instaurandâ, de auxilijs pari vtrinque conatu ferendis, aliisque Christianæ Recipub. vulneribus curandis consilia agitarunt. Reuersus Moguntiam Bonifacius dum apud Frisios cælestem Euangelij doctrinam promulgat, à barbaris immaniter contrucidatus, æternam profuso sanguine lauream inter cæli purpuratos reportauit. Inter hæc

hæc Guido Horbacense monasterium miris modis locupletauit, sacram supellectilem auxit, aliisque ad usum templi ornamenta haud pauca contulit. Sed peccauit in uno quodam facto, mox tamen correcto. Tintinnabulum ex ære nobili, gratissimo sono conflatum ex Horbacensi æde in Locvillarianum transtulit, quod antè vocalissimum illico obmutuit, nec vallis iuctibus percussum respondit. Guido rei nouitate percusus, propéque exanimatus metu, intellexit mutum æs in alieno choro nolle canere, præcepitque idem exemplò loco suo restitui, ubi clarioribus etiam sonoribus tinnire cœpit. Pirminius interea coeptum virtutis studium decurrens, sensim flexit ad metam, quam tandem feliciter attigit. Nam ubi sensit supremum sibi diem imminere, vocatis in conclave vitae religiosæ commilitonibus charitatis & patientiae præceptis singillatim editis, exuta mortalitate ad immortalem vitam est profectus. Sacri corporis pignus hodie ad Oenipontem in æde nostrâ religiosissimè colitur. acceptum olim ab illustri viro Suicardo Helfensteinio, singulare Societ. nostræ autore, & Landspergenis domicilijs conditore. Iu- uabit his, notarum loco addere, quæ M. Velserus de Pirminio in Boicis prescripsit. *Vtilonis*, inquit, item opus *Manseum ad lacum*, Nider-  
burgum, Pfaffenminster, & quæ quorundam sententia, *Osterhoua*. Quibus adficiendis Pirminium sive Meldensem, sive Metensem Episcopum prefuisse ferunt. At fidem tabula Ecclesiastice neutrobi firmant: eò Meldis aut Mediomaticum urbe, sive natum, sive profectum, sive utrumque nomen corruptum esse, quam in earum alterutram Episcopum extitisse, magis credam. Is peregrinus Mo- nachis comitatus, Martelli temporibus in Germaniam veniens, monasteria complura, priusquam Boicam attingeret, constituit: ampla & opulenta imprimis duo, Murbaci ad montem Vogasum unum, cui viuarium peregrinorum nomen ex re inditum, alterum in Acronij lacus insula, quæ olim Tiberium pro arce bello vindelico usum esse, Rhenanus ex Strabone coniicit, Augia diues ab opum magnitudine dictum est. Quod verò Martello patrono uteretur, Theobaldi Sueorum Duci factio inde pulsus, multis post annis primum apud *Vtilonem* gratiæ locum tenuit, &c. Hæc Marcus. Interea loci ex ipsa Augia accipio de S. Pirminio haud incerta per Maurum Baldungum, virum Reuerendum, pium, eruditum, & in coenobio nobilissimo Vinearum religionem professum, qui mihi ex Chronicis Augiensibus, literis *fundationis* & *missionis*, adscriptis etiam annotationibus retulit, quæ ad illustrandas S. Pirminij virtutes omnino pertinere visa sunt. Itaque Baldungij notas cum vita ad verbum subscriptam. Quāquam idem ex *Lectionum* volumine & tabulis ad aram S. Pirminij appensis, ejusdem vitam exscriptam ad me miserit. sed hæc fatis erit hic collocasse,

DE S. PIRMINIO.

locasse, cùm alia non multum à prioribus abeant. Itaque epigraphæ Baldungij hæc est. *Vita S. Pirminij Episcopi ac primi Abbatis Monasterij Augiae diuinitis. Mox hæc subduntur.*

Tirminius <sup>a</sup> liberalibus artibus eruditus, primùm <sup>b</sup> Monachus familie D. Benedicti in cœnobio S. Mauri Abbatis: deinde ad <sup>c</sup> Episcopatum Meldenensem prouincia Senonensis electus est <sup>d</sup> tempore Constantini Papæ V. Vbi <sup>e</sup> mox prædicationis & efficaciam & suavitatem singulari omnes longè latèque ad se populos attraxit. Post hæc à Sintlace (erat Sintlas Theodorici Regis Galliarum in Alemannia partibus præfectus; & habitabat, ubi nunc arx Sandeck Rhenum deficit) sanctis ipsis laboribus & concioni ipsa die Dominicā, ex occasione sacra peregrinationis superueniente rogatus, ut fidei pastorum negligentiā jam labantii in Alemannia, succurreret, Romam ipso Sintlace post sequente propestate contendit. <sup>g</sup> Ea <sup>h</sup> obtentā, quanta ad præsens opus necessaria erat; nec non literis Apostoliciis ac mandatis ad Theodoricum Regem Sintlace datis de Episcopis Franciæ & Alemaniæ conuocandis, a torpore excitandis & ostio prædicationis ipsi aperiendo in Franciam reuersus est: Sintlas autem negotium apud Regem & Episcopos quamprimum confecit. Ergo iter ingressus, in Alemanniam primum peruenit. Et cùm in loco, qui dicitur Sintlace Ovra, magno cum fructu aliquandiu versatus esset: & Sintlace filium ē sacro fonte suscepisset: rogatus ab eodem Sintlace, ut templum conderet ac dedicaret, animum adjecit ad proximam Insulam Rheno lacōque Veneto ambitam, eō usque vermis venenatis ac serpentibus inessam, repurgandam; ac Monasterium ibidem construendum. Et Sintlace obijcente aerem insalutarem, & veneno serpentium infestum, magnā nihilominus fide à parte Rheni nauigio ingressus <sup>i</sup> cruce lignea efformata, Deoque inuocato, ut <sup>k</sup> primum hinc insulam attigit, ita omnes venenatos vermes inde exire coēgit, ut tribus diebus, tribusque noctibus, quā parte entabant, aqua vermis cooperata <sup>m</sup> videretur. Ibi tum <sup>n</sup> non procul à loco excensionis precibus fontem impetrare, qui usque hodie visitur, & potantibus, maxime si febricitent, creditus salutaris. <sup>o</sup> mox sentes excidere, & edificare: accolæ ad hanc rem, Sintlas præcipue, præcium & prædia conserre: plures Monasticæ vita studio ad eum confluere. Ab his <sup>p</sup> Abbas electus: & per Bertholdum ac Nebi Principes ad Carolum Martellum adductus, Augia insulā atque alijs circùm pagis donatus, inque ejus possessionem quietam immisus est per Bertholdum & Landfridum Principes, quibus id negotij Carolus dederat, anno 724. aliquot tamen annis post, anno videlicet 727. à Theodebaldo Godefridi Duci filio, odio Caroli inde pulsus, Ethonem pro se constituit Abbatem; ipse Alsatiā petiit, in quā & alijs regionibus plurima fecit construimonia; videlicet Altach <sup>q</sup> superius, & forsan etiam Altaich <sup>r</sup> inferius in Bavaria; Monasterium in <sup>s</sup> Amerbach oppido, diœcesis Herbipolensis; ubi S. <sup>t</sup> Amorem discipulum suum Abbatem constituit; Monasterium <sup>u</sup> Morbach, in finibus Alsatiæ, diœcesis Basileensis; <sup>v</sup> Fauarias in Helvetia diœcesis Curiensis; <sup>x</sup> Gengenbach, Morsmünster, seu Maurimonasterium;

Schwarz-

Schwarzach & Neuviler, diaecesis Argentinensis, nec non & Schuteram. inter quæ tria videlicet Altach, Morbach, & Fauarias, Anno 731. ex Augiensibus fratribus instructa sunt, duodenis ad singula fratribus deputatis, & toridem in Augia remanentibus. Monasterium quoque <sup>2</sup> S. Mauriti Martiris in Dolegia, diaecesis Treuirense sibi inuisit, & aliquamdiu inter fratres moratus, ad Regulam S. Benedicti eos formauit, & monasterium decorauit. Nouissime a <sup>3</sup> Vernhero nobili Francorum genere nato accitus, & aream Monasterio edificando legere jussus primum jucundo quodam loco, <sup>4</sup> qui nunc VVissenburg: sed mox ducente subulco ad confluentiam aquarum, quod <sup>5</sup> Gamundium vocant, ubi tum venaturum Vernheri mapalia, & canum cubilia erant, consedit; quod alterius psallens ibidem incidisset in versum, Hæc requies mea in seculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam: illic habitaculum, inq. eo altare B. Virgini tumultuario opere construxit ac dedicauit. id monasterij edificatio mox exceptit. Verum nimia populi concionis & Sacramentorum gratia confluentis frequentia, primam habitationem repetere coactus fuit. Ubi quandoque <sup>6</sup> Chrismate inter confirmatum deficiente, Diaconus e monasterio adferre jussus, diuinitus repletas ampullas reperit, ac præbuit usque ad vesperam sacro chrismate inungenti. Porro Monasterium suprà dictum ad Gamundium, <sup>7</sup> Hornbach nomen accepit, & utraque parte saltus <sup>8</sup> Vosagi & villis in eo situs, a Vernhero & posteris ejus donatum est. Ex eo quondam UVido de stirpe Vernheri unus, as <sup>9</sup> campanis suauissimi sonitus in Locuviler transferens, quod ibi nec sonum ederet, eidem monasterio reddere coactus fuit. <sup>10</sup> id ipsum S. Pirminius frequenter per saltum petiit, & cum fratribus de Regula S. Benedicti contulit. monumentum rei supererat via, dicta Callis S. Pirminij. Ibi etiam <sup>11</sup> S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus, Metropolitanus eum inuisit, cumque eo contulit de bono Reipub. Christianæ promouendo. Et jam deinceps ab actione se retrahens, contemplationi totum se mancipauit. Nec multo post in dicto monasterio <sup>12</sup> Vestriæ Hornbach, non procul Gemini-pontis ciuitate ab juncto, <sup>13</sup> tertio Calendas Novembris diem suum obiit: & ibidem terra mandatus est. A morte autem, etiam in Augia, ubi primum conserat, claruit miraculis. Ejus Dalmatica viridis, quæ adhuc ibi adseruatur cum cingulo sacro, in partus doloribus frequenter medetur.

## N O T A E.

Hic primum reicienda est fabula, quæ est apud F. Felicem Fabrum, lib. 2. hisp. Sueverum e. 21. quæ habetur inter Sueuicarum rerum scriptores, à Goldasto editos.

a) Breuiarium Constant: tempore Cardinalis Austriaci. Anno 1599. excusum.

b) Trithemius in breuiario l. Voluminis Annalium suorum, in Rego sexagesimo.

c) Hermannus Contractus ad annum 724. <sup>67</sup> Arnoldus Bion. l.2. c. 57. ex Cratopolio de Episcopis Germanie, faciunt eum Choropiscopum, cum tamen iam sub Damaso, tam à sacrâ sede, quam ab Episcopis totius orbis prohibiti fuerint, ut constat ex Decreti. p. 2. distict. 68. c. Choropiscopi: & alij ferè simpliciter Episcopum Meldensem faciunt; ut Trithem. de viris illustribus S. Benedicti l. 3. c. 265. & l. 4. c. 192. Et loco suprà citato: Baron. 3. Nouemb. Breuiarium Constant: supra Gaspar Bürschius circa annum 724. Viguleius Hund in descriptione Aliaich inferioris, Chremica Augia, & tabula eiusdem bina, nec non lectionarium: dandus ergo erit illi locus in Catalogo Demochazris <sup>72</sup>

D E S. P I R M I N I O.

ris & Cratepolio, & Baronius corrigendus in Martyrologio, dum sibi contradicit, quemadmodum ostendit Arnol-  
dus loco supra citato.

d) Canisius 3. Nouemb.

e) Tabula Augiae, Lectiones, & Chronicæ.

f) Eadem hoc.

g) Hic Chronicæ, Lectiones, & Tabulae, interserunt historiam de pedo. vide ibi.

h) puto fuisse Papam Gregorium secundum: nam ante annum 724. qui fuit Gregory in pontificatu annus iam  
secundus, teste Baronio; venit in Augiam Sintlacis.

i) Nam Sintlacis à Rege mandatum fuit, ut coram Episcopis exponeret, quantum doleat Papa de eorum negligientia.

k) Canisius in Martyrologio 3. Cal. Nouemb. ubi tamen male facit desiderio Eremitice ingressum.

l) Chronicæ, tabulae, lectiones, & alij pluriq[ue], à illis de Cœs, quæ in illis est.

m) serpentibus tradunt diu p[ro]p[ter]e fuisse penitus immunem. quod nunc non est: non tamen audiui, cuiquam no-  
rios fuisse.

n) id habet traditio.

o) Chronicæ, tabulae, lectiones.

P) Abbatem ab illis electum dico: quia Abbatem eorum fuisse constat: tūm ex Bruschio, tūm ex Hermanno,  
atque ex alijs facile colligi potest, cum omnes Abbatem fuisse dicant, neque aliud monasterium sit, ubi Abbas fu-  
isse dici possit, quād in Monasterio Augiae. Porro Bertholdum ac Nebi principes ipsum ad Carolum adduxisse, habet  
Hermannus anno 724. Augia, & ali quod circum pagis fuisse donatum, testantur literæ fundationis: in possessionem  
immitti in eum, per principes Bertholdum & Landfridum, ostendunt litteræ immisionis, seu inveniuntur, ab e-  
odem Carolo data, anno 724. quemadmodum & litteræ fundationis, eis aliquanto prius data sunt illæ. Ex quibus re-  
dargas Trithemium, qui Theodoricum, loco citato, regnum accepisse vult anno primum 726. cum tamen Baronius  
in Annalibus eum ponat anno 720. ex Chronicæ Francie à Pithao edito; & Hermannus Contractus afferat id ipsum;  
& colligifacile possit etiam ex Aimoini hist. Francorum l.4.c. 52.3. & 4. R[ec]t[er] ergo tabula Augiae Theodoricu[m]  
rege Sanci[us]um Pirminium in Germaniam venisse ait. Veruntamen quod auctores p[er]s[ic]tum, eum à Carolo donatum  
in insula Augiae faciant, & litteræ etiam fundationis, p[re]fixum nomen Carli habeant, nullā facta mentione Theodo-  
dorici, id fors nemo mirabitur, qui legerit Trithemium loco supra citato in Rege 62. & alio, ubi Reges Francie no-  
mine tenuis solummodo Reges fuisse, omnibus inter omnes domus administratis adfirmant. Porro Landfridu[m]  
hunc credo fuisse illum, quem Hermannus anno 730. Duxem Alemaniae appellans obiit scribit. Notari au-  
tem velim, ex tabulis nostris colligi videri, non Monasterium Augiae, sed locum arci Sandeck nunc subiectum dictum  
fuisse Sintlacis Ovrum. tunc enim insula nodus serpentum nec nomen habebat. De Ethone, inde ostendit Arnol-  
dus l. 2. c. 37. n. 23.

q) Trithemius supra.

r) Vtigulus Hand in descriptione inferioris Alsatich.

s) Trithemius ubi supra.

t) Cum Arnoldus L. Morbacensem Abbatem facit ex Delforestio. vide Arnoldum l.3. in appendice, litera A.

u) Hermannus & Trithemius locis citatis.

w) Tabulae, lectiones, & Hermannus anno 731.

x) Trithemius locis citatis.

y) Hermannus ad annum 731.

z) Trithemius ubi supra.

A) Tabulae, lectionesque omnia sequentia habent.

B) Lectiones habent VVissenb[urg]i: in margine tamen antiquo charactere correctum VVissenburg. & VVissen-  
burg nostrā lingvā. porro hunc locum iucundum esse VVissenburg, mea ex lectionibus conjectura est.  
C) à r[ec]t[er] & vnde.

D) Hoc miraculum tabula non habent.

E) Hornburg scribunt alij: tabula tamen nostræ Hornbach, & Horbacensem monasterium.

F) Lectiones habent VV[is]sagius, in margine vanescitibus literis, credo scriptum Roswaldt / forsan sit, qui est in-  
fra Alsatiam, ubi siluetres equi trium fere colorum reperiuntur.

G) Tabulae & lectiones.

H) Lectiones videntur mihi hunc sensum habere.

I) Canisius supra, tabulae, lectiones & alij p[er]s[ic]tum.

K) Ita Bruschius, tabulae & lectiones. Veftria autem Westerich infra Alsatiam puto, & ciuitatem gemini  
ponit. V[er]o u[er]o.

L) Arnoldus l. 2. cap. 57. c. f. Et Baronius ibidem.

Nota etiam Sintlae o[ste]ndi in literis antiquis supra citatis. Nota etiam ex historia p[re]fixa p[ro]fatione,  
multitudinem serpentum fuisse ex parte, d[omi]num p[er]spectra.

S. PETRVS


## S. PETRVS EPISCOPVS TICINENSIS BOIVS.



Boica non genuit tellus me, sanguine Boicum,  
Fausta sinum nato ROMA SECUNDA dedit.  
Exul ad illustris palinā sacra tecta SABINI  
Dum propero, recipit vox mihi dia mitram.

Ticinum repeto, sequiturq; oracula factum,  
Ornat et indignum ritua sacrata caput:  
Ut dignum fieret, sudauit fessus et alsi:  
Presulius est grauius quam vel Atlantis onus.

L S. PETRVS



S. PETRVS  
TICINENSIS PONTIFEX  
DOMO BOIVS.



Ompendio M. Velsorus S. Petri acta complexus, tibi ex historiâ legenda offert. Ex Luitberti propinquitate Petrus superat, quem prius quam sacris initia retur, gentile aliud non habuisse, sit verisimile: huic spoletum relegato, & adem Sabini Martyris religiose frequentanti, responsum aliquando redditum: consideret, futurum ut rediret in patriam, & Ticinensem Ecclesiam regeret. Oraculi fidem cum res longo post tempore comprobâset, Sabino posito templo honorem habuit, & Episcopi munere, sanctissime functus est, insigni animi corporis que castimonia & integritate, tum nullo non virtutis genere, atque miraculis diuinitus editis inclutus. Nec prætercundum erat hoc Boicæ originis cælo receptu sidus, peregrè splendens, domi adhuc opinor ignotum. Iuuat hic Velsori verbis etiam Pauli Diaconi testimoniu aduocare, cuius fides & antiqua & magna semper apud omnē posteritatē auctoratis fuit: Is ergo libro vi. c. lvi. Rerum Longobardicarum: Eo, inquit, tempore floruit vita vel actibus Ticinensis Ecclesiae Episcopus Petrus: qui quia Regis erat consanguineus, ab Ariperto, quondam Rege apud Spoletium exilio fuerat retrusus. Hinc beati Martyris Sauini Ecclesiam frequentati, isdem venerabilis Martyr prænunciauit, quod Episcopus apud Ticinum futurus esset, qui postea, cum factum fuisset, Basilicam eidem B. Martyri Sauino in solo proprio apud eandem civitatem construxit. Hic inter reliquias optimæ vitæ quas habuit virtutes, etiam Virginitatis flore decoratus emicuit: cuius nos aliquod miraculum, quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus.

anno Chr.  
obijt 1006  
XXX.  
Paulus Dia-  
conus l. 6.  
c. 56. Marc.  
Velsorus  
veris Boro.



DE S. CORBINIANO  
S. CORBINIANVS  
PONITIFEX  
FRVXINENSIS.

39 CCXXX.  
Marryrol.  
Rōmanum  
Galsa.  
Aribo Epis-  
copus in  
ipsius Cita.  
Orbo Fr-  
isingensis  
1.5.c.23. &  
24. Surius  
tomo V.  
8. Septem-  
M. Velle-  
rus rerum  
Boicarum  
lib.4. p.256



Corbiniani pietas, & res gestae apud Surium leguntur, sed Marcus Velerus accuratius IV. rerum Boicarum denarrauit. Corbinianus ea aetate pietatis studiis apud Gallos floruit, in Melitonensi agro natus, quem nomen a Meloduno Senonum vrbe, vt est apud Cæsarem, corrupte traxisse suspicor. Monasterium ad sancti Germani Ecclesiam condiderat, vbi cum annos quatuordecim vixisset, crebrescente sanctimoniaz fama, quotidianis omnium ordinum adibatur concursibus, quâ consilium, & orationes poscentium, quâ munera inter egenos partienda afferentium: nam & Pipinus Heristallus equitum magister, cuius maxima secundum Reges apud Francos auctoritas, miserat hominem ex suis primariis, qui Corbiniani precibus illum submissè, suppliciterque commendaret, vt ex quietis, tranquillitatisque portu, quem secessu petierat, in medios jam hominum, negotiorumque aestus videtur cœctus. Offensus ea re, & interpellantium frequentiam impedimentum ad beatiorem vitam interpretatus, Romam abit, solum aliquem, ad D. Petri basilicam angulum a Pontifice impetraturus, quo cum suis latitans, vitâ sancte institutâ, vni Deo vacaret. Votis ad Apostoli aedem factis, se se ad pedes Pontificis abjicit, copiosâ oratione rationem itineris, quidque quas ob causas petitum venisset, prosequens. Gregorius ab homine, quantumuis diserto, in quâ partem rogabatur, flecti non potuit, in aliam vltro motus est; animaduerso enim, quam mirificâ contentione omnibus pietatis exemplis exercitus, purâ & simplici mente in DEV M ferretur, cum ea exterius accederent adminicula, quibus omnis & aetas & sexus caperetur, insignis oris facundia, morum incredibilis candor, faciles, suauesque congressus, intellexit eum altius euctum, & in hominu concilia, quæ fugiebat remissum, egregios & vberes fructus esse laturum. Nec mora; promotum per sacrorum ordinum gradus, Episcopum creat, addito honoris causa pallio, & sacrâ benedictione amplissima formula, quam excedet dignitatis vbi cunque terrarum fieret potestas. Pontificis imperium detrectare non ausus, contra quam sperarat, nouum in Galliam onus inuitus & coactus retulit.

Ita

## S. CORBINIANVS EPISCOPVS FRISINGENSIS.



23

Pone genu Princeps, pacemq; antistitis ora,  
 Non implacatum si cupis esse Deum.  
 Cernis, ut immanem parere coegerit ursum,  
 Et graue ferre sui quadrupedantis onus.

Si fera sentit horum, mysticq; obtemperat oris.  
 Quis detrectabit numinis imperium?  
 Emendet nostros silvestris bellua mores;  
 Illa refert hominem, sapius iste feram.

L 3 Ita

EPISCOPALIS LITERATURIS

2 CORINTHIANAS EPISCOPALIS LITERATURIS

Ita verò gessit, vt priorem sanctimoniae opinionem miracula diuinatus edita exaugerent, illūmque vulgò etiam, sed apudpios præcipue in magnā admiratione, & laude ponerent, supplices & munera in dies copiosius circumfluerent. Quo homo ab omni ambitionis & avaritiae specie longè abhorrens, ad repetendum Melodunense latibulum compulsus est. Ibi septennio circiter acto, res eodem rediit. tanta virtus nullis parietibus cohiberi poterat, famā quo studiosius pressā, magis magisque erumpente, & adeuntium coitiones siebant jam propè turmatim. Romam ergò, quo prius animo, sed clām deuio, & insueto alio itinere, regredi cogitat, ne, si recto, consilium emanaret. Hæc in Germaniam deflectendi causa. vt ad Bojos venit, quos Noricorum nomine Aribō appellat, plerorumque ruditatem miserans, officij delati memor, verba de rebus diuinis sepe utiliter in publico fecit. Rumor breui Theodonem attigit, qui quoscunque sacerdotes comiter excipere solitus, peregrini Episcopi desiderio magnoperè incensus, eū ad se vocat, & corām omnia suprà quām sermonibus celebraretur, expertus, quibus potest precibus contendit; Boicam de cætero sedem legat sibi; ne obtemperasse aliquando pœnitentia, curæ fore. Assensus exprimi non potuit: muneribus itaque onustum dimittit. Nec de Theodone quidquam post illam diem, quod extet, proditum. Ab eo ad Grimoaldum filium ventum, cui pars prouinciae in Italiam vergens, obtigerat, regia Frisingæ constituta: Non minori ibi siue Principis, siue popularium gratulatione acceptus, ad primum virtutis doctrinæque gustum, majori etiam contentione, vt subsisteret, rogatus est. Grimoaldus omnibus modis blandiendo, supplicando, hæreditate quin inter liberos pollicita insistere, nese abiens deseret. Cùm nihil exoraretur, nec inuitum retinere placeret, amplis item donato muneribus, Comites additi, qui ad Italæ fines honorifice deducerent, simul Venusticæ vallis reliquisque circā populis, ipso inscio, imperarent, Româreuertentem obseruare ad regiam deducendum. Nox euntes inter aspéra alpium in campis ad siluam, Breonum oppresserat, cùm equum clitellarium incustoditum ab vrso raptum dilaniari contigit; tum Corbinianum Sarcinam, quæ prius jumenti fuerat, vrso imponi jussisse ferunt, paruisse beluam, sylvestri ingenio deposito, vicariâ operâ toto reliquo itinere functam. Illustre visum miraculum, dignū inter multa, quod posteritatis memoriæ imaginibus additum representatur. Inde Tridentum Ticinūmque progressus, trajecto Pado, iter per Hetruriā Romā tenuit. Vbiique signa, quæ, quām D̄o charus esset,

L 4 ostende-

DE S. CORBINIANO

ostenderent, edita. Luitprandus Rex cunti, redeuntique, quantum maximum potuit, honorem habuit, vt neque ad genua accidere, neque se ejus orationibus perquam demissè committere, infra regium fastigium putauerit. Romæ Gregorius appellatus de concilij sententiâ, perstitit respondere, non placere Episcopum priuatam & residem in monasterio vitam ducere, neque munus, quod omnibus precibus orabat, abdicare: quin feliciter coeptum pari curâ prosequeretur, & eò rediret, ybi plurima bonæ frugis spes esset. Adiecta insuper certa, & dilucida sacrarum litterarum testimonia, quibus hæc ipsa confirmabantur. auctoritate & argumentis victus, cùm aliquot dies pontificis benevolentiae deditset, accepto commeatu, quâ ierat, reuertitur. Vt Tridento Maias, Boicæ tum ditonis primum ab Italia Castellum venit, Castellanos non fefellit, iusfus subsistere, dum Grimoaldum consulerent. Ille interim occasionem sequutus, sancti Valentini Episcopi corporis reliquias veneratur. Valentinus enim Batauis olim pulsus, lætiori successu in alpes delatus, Ecclesiam Maijs condidit, in quâ mortuum humauere. ibi tunc Corbinianus supplicauit. Et montanam proximam regionem per otium lustrans, solo, filuis, frugibusque læto capiebatur, auctio imprimis loco delectatus, cui incole Camina nomen fecerant, Timone & Finali amnibus vtrinque irriguo, de quo jam tunc mercando, & extructo tuguriolo rebus diuinis destinando, cogitabat. A Grimoaldo reuersi nuntiant, principem in summa eius expectatione esse, sibi adducendi negotium delegatum, quod vt ipso volente propitio exequerentur, venerabundos rogare. Doluit latere non potuisse: cùm verò dissimulandi locus nullus restaret, inuitus assensus est. Theodibaldus, Corbiniano Romam profecto, fato concesserat, Pilirude vxore relicta, Francâ origine, formâ & nobilitate præstante, quam Grimoaldus adamatam spretâ famâ, & calcatâ fraterni thorire reuerentia, justæ coniugis loco domi habebat. Vt rescuiuit Episcopus, auersatus scelus, premittit, qui semel diceret, se in principis conspectum neutquam venturum, quamdiu probrum illud ei hæreat, graui additâ inter cætera Pauli Apostoli comminatione, neq; adulteros, neque fornicatores regnum Dei possessuros. Propè fuit, vt procax fæmina veterem Herodiadis tragœdiam repeteret; & recentia Alperidis in Lambertum, Geilæ in Chilianum, exempla erant ante oculos: nam constitit agitata esse id genus consilia, non ignaro periculi Corbiniano, aperte professo, se Ioannis factum imitantem, nisi quod Herodes vxorem fratri viuenti tulisse creditur, ejusdem exitium non perhorrescere. Pergebat nihilominus alegatis amicis monere

monere obtestati, tantum piaculum quamprimum à se molirentur, varia ostentata spe veniae ad meliorem mentem redeuntibus, & quæ penarum supplicia pericaces breui manerent. Quadraginta dies contentio tenuit. Mollitis tandem animis, affuere ad pedes Episcopi ambo conjuges, humi passis brachijs strati, peccatum confessi, detestatique, & diducturos incestum matrimonium, & quæ præterea juberet, omnia facturos polliciti. Cruce signatos expiatosque subleuat, multa monens quam imposterum viuendi rationem orando, sobrie viuendo, pauperibus largiendo insisterent. Cibum inde una capientibus Caminæ mentio injecta: Grimoaldus facile in rem præsentem venire persuadetur, & amoenissimum terrarum tractum pretio à dominis redemptum, Ecclesiæ S. Mariæ Virginis Frisingæ, quæ Episcopo sedes destinata, contribuit. Arenpekius Christianorum basilicam à Maximiliani martyris ætate id loci stetisse prodidit. Maximilianum autem Cari, & filiorum imperio vixisse, suprà dictum: In Camina Corbinianus templum Sanctorum Valentini & Zenonis memoriam celebre ædificat, vitem circà, & frugiferas arbores seruit, optimū etiam de proximo agrum, Chories nomine coemit, erogata pecunia, quam à Pipino Heristallo dudum dono acceperat. Illud priscè interim seueritatis exemplū edit, quod quām à nostrorum mortum remissione abit, tam vercor, ne parūm fidem inueniat; vt mensæ assederat, solemni formula bene epulis precatus, principem cani panis frustum animaduertit projicere, cùm sella indignatus exiliens, quæque parata erant propellens, argento humi voluto, sese foras proripit, indignos sacra benedictione clamitans, qui canes eā dignos crederent, sibi constitutum, & cibo & curā illius domūs de cætero abstinere. Pilidrudi diuortium ægrè ferenti, cùm ira & libidine succensā, omnem nocendi aditum quæreret, plana & prompta visa occasio: & Grimoaldum irritatum verisimile tum illa vrgere, nihil jam reliquum; tentatam à præsule principis patientiam atroci & insignitā injuriā, quam quo animo ferat, multum multūmq; refferre: si segni, & remisso, omnibus apparitū, alibi nomen imperij, alibi vim & potestatem esse; secūs, si majestati pares iras gerat, & principalem dignitatem vnius exteri hominis sanguine sanciat. Nihil motus Grimoaldus fæminæ vocibus, misit qui abeuntem clementer sustinerent; ipse cum proceribus statim insequutus, nullo non officij genere satisfaciens, vix placatum in Palatium reduxit. In colle ad urbem Ecclesia Stephano Martyri sacra jam tum stabat, quam Corbinianus orationis causa visere solitus: eò cùm aliquando siue valetudine ipse occupatus, siue negotijs, reliquum clerum matutinas

DE S. CORBINIANO

nas Deo laudes dicturum ablegasset, montem subeuntibus, canentium chori clarius, clariusque ab Ecclesiâ auditâ, & mirifici splendoris tecto, fenestrâsque emicantes visi, introgressis, lumen quidem euanuit, suauissimus verò latè odor diffusus, tertio demum dieremisit. Episcopus certior de ostento factus (Clerici enim, qui sacro horrore perculsi, pars ante vestibulum, pars illo vix superato examenes conciderant, ut sibi quisque redditus, ad eum recurrere) animu ad locum adjecit, & modicas, quas incoluerat ædes, Ecclesiâ cōjunctit. ægrè ferre visum famulitium, ob aquæ præsertim inopiam. nam difficiles in tantam tumuli altitudinem quotidianas subuæctiones querebatur. Miseratus ergò vir sanctus, solus circumiens, se, quâ mons in meridiem vergit, humi abjicit, suppliciterque aliquandiu orans, terram scipione, quo nitebatur, effodit: ibi tanta aquarum vis erupit, vt & colentium usibus largè sufficeret, & toto abundè clu deflueret, quamdiu ille quidem vixit: mortuo, per annos amplius quinquaginta (vt temporis ratio rescribere postulat; nam in Aribone quadraginta sunt) aruit, donec relato Frisingam corpore, quo miraculum esset testatus, se iterum ostendit adhuc perennis. Nec eò minùs Mariae Virginis templum dignitate præstabat, Quo ad vespertinas forte preces tendenti rusticana mulier, beneficij jam antea delata, fit obuiam, comitabantur viri aliquot onere graues: Interrogata, nihil dissimulat, munera ferri principis liberalitate in se collatâ, quòd filiolum dæmonum præstigijs propè perditum, excantatione saluum & in columem reddidisset: Raro alias Corbinianus sic visus excandescere, equo se præcipitans, fæminæ in os inuolat, & fœdè mulctatæ dona adimit, inter regenos ad urbis portam partenda, Grimoaldo fidem Deo toties mutatam exprobrat. Pilidrudes, vt eam venefica cruentatâ facie flens atque lamentans adiit, furenti ipsa propior, humile & abjectum Grimoaldi ingenium aspernari, hanc dicere vnam esse Corbiniani confidentiam, se certiori viâ manifestarium inimicum vlturum. Ninum ministrorum fidissimum vocat, rem ferro expedire imperat. Et patratum fuisse facinus, nisi Episcopus clâm monitus, tectum eâ nocte mutasset. Adebat summo manè fiscarius, domum armatis cingit, Episcopum in cædem deposit, nec multum tamen quæsitus reperit. Ædibus vastatis, dæccore & ignominiâ oppletus ad dominam reuertitur. Corbinianus ad Christi præscriptum persequentes fugiens prouincia excedit, Maja vna cum Clero profectus: hujus enim castelli imperium ad Longobardos reciderat, inter ea, quæ Luitprandum Boijs abstulisse super dictum: principi simul per certum hominem denunciat, pænas morte

morte persoluendas expectaret, & Pilidrudem eā ruinā collapsuram sciret, quam vltro innocentibus strueret. At Grimoaldus muliebris flagitiū agebat ignarus, neque de Episcopi abitu adhuc cognouerat. Nuncio excitatus, propere ablegat, qui orent, deprecentur, obtestentur, omnia faciant, vt quibus possint precibus quacunque conditione redditum euincant. Ne quicquam; responsū Iezabelis cauendas insidias. Designatā Pilidrude Iezabelis nomine, quæ itidem Prophetas olim feralibus odijs persequuta, nec morata vindicis Numinis irā se exscerere. Carolus Martellus, Francorum princeps, anno post Christum natum septingentesimo vicesimo secundo, trāiecto Danubio, in Bojos mouit. Scriptores, vt muta ferè est omnis eo seculo historia, nec causam expeditionis, nec euentu tradunt: nisi quod duro & diffīcili bello Francum victorem defunctum esse conuenit. Pace constitutā, sequenti statim anno rebellatum, & rebelles iterum vīcti, tum gaza ingens de Boijs parta. Pilidrudes cum Sinichilde nepte, inter vīctoriæ p̄m̄ia abducta. Ita Gregorianæ appendicis scriptor auctor est: nam in Aimoino Plectrudis nomen, affluto etiam glossemate, perperam pro Pilidrude legitur, quod vtiq; Emiliū diligentem scriptorem, neque eum tamen solum fefellit. Aibo Pilidrudem Carolum in Galliam sequutam scripsit, post fastiditam eō miferiarum recidisse, vt, quo diuturniore supplicio scelerum poenas expenderet, dignitate & bonis eruta, vitā per extrema quæq; ducens, veluti piaculare ostentum asello circumiectaretur, in Italiam tandem incertis erroribus delatam, infelicem ibi animam exhalasse. Et liberos paternā hæreditate excidisse, matris fortunā per varias ærumnas ætatem pressos. Infans, qui magico carmine lustratus visus reualescere, expirauit. Grimoaldus conjuratorum factio percussus, Ninus foedā & infami morte, dum aluum leuat, lanceā traiectus, periēre. Et vīdicta hactenus constitit. Domestici annales Grimoaldi mortem in annum septingentesimū sive octauum, sive nonum referunt. Ex Theodonis filijs Hugibertus supererat, solus jam Boicæ potens, cui benignè & humaniter reuocanti Corbinianus non diffīcilter paruit, summo, quo merebatur, honore ab eo habitus, sacri lauacri foedere coniunctos fuisse Aibo prodidit; credo quod Principis liberos Episcopus tinxerit. Mortem, vt ex propinquo imminere, animo præsensit, tam quidem certè & distinctè, vt diem & omnino horām familiaribus notaret. Erimbertum fratrem ad Luitprandum Regem legat, orat, auctoritatem interponat, qua Majensium prædiorum possessio Frisingensibus sit perpetua. mortui cadauer, quod S. Valentino dudum commendauerit

*Anno post  
Chr. natū  
1022.*

*Anno Chr.  
1023.*

DE S. CORBINIANO EPISC. FRISING.

uerit, inibi condi patiatur. Alium ex discipulis ad Hugibertum mittit, qui in eandem sententiam cadauer Maias deferri roget. Octauo post die lotus rasusque sacram vestem induit, sacrificium offert, & mysterijs perceptis, domum reddit, ybi cum vinum poposcisset, vix gustato, fronteque cruce signata, extreum spiritum, nullâ cum doloris significatione, reddidit. Funus à ministris Frisingæ ad D. Mariae curatum. Apparuit Deo cordi fuisse supremam morituri voluntatē non negligi. Totos dies triginta continens imber intervehemētes procellas depluit. Tum Hugibertus corpus exhumari mandat, quo viuus jussērat deuehendum. integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quām aut mortuo, aut ægrotanti similius, & fuere in magnā hominum, ad spectaculum confluentium, turbā, qui viuere crederent. moto calidus de naribus sanguis fluxit, quem fictili exceptum in Castello, quod hospitium proximā nocte præbuit, terrā condidere. Maijs Longobardicum præsidium insidias à Boijsveritum, funus non nisi ostendo Liutprandi diplomate ad misit, tum quoque loculo scrutato, stragula, sudariumque capitis, vt euoluere cadauer spirantis habitus conspectum, & integer iterum sanguis naribus manauit. Accessere alia tum in itinere, tum Maijs miracula. Ut ad S. Valentini humatus, triduo post intempestā nocte in eā ipsā Ecclesiā visa candidissima funalia tanto splendorcē exardescere, vt diem vincere crederentur, & jucundissimus odor fūsus est. Annū septingentesimum tricesimum annales numerant. Hæc Marcus ex vitâ S. Corbiniani. Non pauciora Vitus Arenbeckius in Chronicis Bajoariorum à pag. 49. vsque ad pag. 57. sed vereor, ne lectori hæc ipsa nimis multa videantur.



S. ALTO


## S. ALTO ABBAS.



ALTO Caledonia genus haud ignobile terre,  
Atq; idem Boii gloria rara soli:  
Cui pulsata pedo sittienti prebuit vndam,  
Et fluxit largo flumine dura silex:

Tempia locas Diuis, cum Diuis ipse locandus,  
Implendisq; astris Castra beata paras.  
Casta veni pubes custoditura pudorem,  
Alto pudicitia prases, asylon erit.

M S. ALTO



## S. ALTO

A B B A S.

**J**N Scotiâ natus, in Boicâ dñatus est Alto, & suo, 1300. v.  
Ex Altono  
Graecis mo  
numentis  
caenobij  
Altmymo  
ster.  
Avent. pag.  
291. Hun  
dus Mer  
trop. Vel  
seru. lib. 3.  
pag. 291.  
 quod condiderat Cœnobio, illustri sanè tumulo humatus. Iussus est, vt Cœnobij Altonis monumenta narrant, cœlesti voce ad exemplum Abrahami Patriarchæ, deserto patriæ solo Boicam (ita cordi fuere Numinis semper Boij) petere; vbi siluam ingressus, pari ferè interuallo Augustâ Vindelicorum, & Monachio distantem, propiorem tamen Augustæ, & ad sinistram Monachium petenti sitam. cui Pipinus Rex Francorum, Boicæ tum illi imperans, illum siluæ tractum, viri sancti famâ permotus, donauit: quem Alto, succisis extirpatisque arboribus, ad hominum cultum redigit, ibique sibi aliisque domicilia posuit, & vicinorum adiutus liberalitate, qui vitæ illius sanctitatem admirati, certatim dona, votaque ad Altonem ferebant. De Monasterio jam moliendo cogitabat. quod tandem perfectum S. Bonifacius cœlesti imperio vocatus, & tum in Boicâ rem Christianam vehementer vrgens, festa ceremoniâ initiauit. Conditor primus Etico fertur, Comes Licatiorum, (ex quo natus Henricus) qui viros illic religiosos collocauit, sed tempore, quod omnia consumit, & dynastarum rapinis afflitum, propè totum interiit; quoad jam propè perditum, Guelfo Bojorum princeps (qui genus cum suis non, vt multi sentiunt & scribunt, ab Trojanis, vel Romanis, sed, vt M. Velserus ostendit, ex Bois ipsis & his Agilolfingis trahit) instaurauit, & S. Benedicti coloniæ in idem deduxit. Sed anno Christi quadringentesimo octoagesimo septimo supra millesimum Georgius princeps Bojorum, rursum vetustate collapsum, in pristinum splendorem restituit, & è S. Brigittæ seuerâ disciplinâ Virgines in eo sacras posuit, quod hodieque maximè floret. Colitur S. Altonis memoria anniuersaria publicaque liturgia, v. Idus Februarij, quam ex ipso Cœnobio cum quibusdam miraculis, à morte Altonis factis perscriptam & signatam accepi.

M 2

B. ALBER-

DE B. ALBERTO EPISCOPO.

B. ALBERTVS

D. ERHARDI seu SOCIVS,

seu GERMANVS.

Hundius  
Metrop.  
Sept.  
Conradus  
de Monte  
pueLL. in of-  
fic. S. Er-  
hardi.  
Christoph.  
Hofman-  
nus. Scri-  
ptores vita  
S. Erhardi.  
M. Vels-  
eu lib. 5.  
Boic. An.  
1000.



T hic è Scotiæ tenebris in Germaniæ lucem prodijt,  
in quâ tamen haud diu æuum egit, in peregrinationi-  
bus traductum. Romam enim profectus; vbi redijt,  
mox vltimum vitæ diem Ratisponæ (codem cum  
fratre tumulo compositus) clausit. Hundius in syllabo  
Ratispon. septimum ponit Episcopum, sociumq;  
S. Erhardi, non fratrem appellat. Assalensem Archiepiscopum fuisse  
lego, supplicatum venisse Romam, Hierosolymam,  
in Germaniam, Ratisponam.



B. ALBER-

B. ALBERTVS. S. ERHARDI FRATER. EPISCOP.



A tenebris ALBERTE. trahit tua patria nomen,  
Quamvis es patria sol hierarcha tue,  
Et radios tuorum spangis peregrinus in orbem,  
Quid nisi caelestis sol tua vita fuit!

Hildulphi germanus eras, germanus Erhardi,  
Tertius ambobus non pietate minor.  
Hildulphum rapuit TREVIR. duo Boica texit;  
Boica nam Diuos hos rapit, hosce parit.

M 3

S. BONL

DE A M I S R A T O E V A L C O B

B V I L B E R T A S E T H R I V I G I E R A T T E S E P I S C O P



2. FOI.

M.

S. BONIFACIVS ARCHIEP. MOGVNTINVS. M.



Quo te magne pater quondam Germania vultu,  
Legibus acceptis redditia sancta tuis?  
Aureus arrisit tibi Rhenus et inclitus Ister,  
Atq; propinavit tota fluenta Mogus.

Acceptam referunt Boj' Thugoriq; salutem;  
Saxo colit Patrem barbare Friso necas;  
Flumine purpureo nostros Pater imbut agros,  
Hinc crevit Calo tam numerosa seges.

M 4

S. BONI

DE 2 BONHAGIO ARCHIEVE MOCANTINUS

2. BONHAGIAZ ARCHIEVS MOCANTINUS.



1. BONHAGIAZ ARCHIEVS MOCANTINUS.  
2. BONHAGIAZ ARCHIEVS MOCANTINUS.

3. BONHAGIAZ ARCHIEVS MOCANTINUS.  
4. BONHAGIAZ ARCHIEVS MOCANTINUS.

## S. BONIFACIVS

P O N T I F E X

M O G V N T I N V S.

**P**lura mihi de hoc sanctissimo Pontifice juxta ac fortissimo Christi athleta & martyre tacenda sunt, quām dicenda, nisi velim Iliadas condere, quod mei hoc loco instituti non est; rem omnem compendio tradam, ut in synopsi lector videat, quod per longa sparsum volumina chartarum legitur. Hic ea potissimum,

quae in Boicā gessit, cognoscet.

S. Bonifacium (transmarinum Saxonem Thomosonus Lezimus facit) Britannia edidit, Rosmary, vel ut alij tradunt, Crediodi, stirpe regiae affinem: Bonnam enim regis Richardi conjugem sororem fuisse Bonifacij affirmant. Certè in arcis Moguntinæ templo hiversus de genere Bonifacij leguntur:

*E stirpe natus regia Bonifacius*

*Britanniam ultrō deserens,*

*Auctoritate Pontificis summifuit*

*Apostolus Germanie.*

Appellatur & S. VValpurgis propinquus, quae Richardo rege Anglorum nata fuit.

Cœnobium puer, imò propè infans est ingressus, quinqueannis enim, aut etiam quadrimus, auctore S. VVilibaldo, se religioni addixit. Sacris initiatus est annum trigesimum natus. Dein relictis patriæ commodis, Christiani nominis propagandi, more gentis illius, quae aliarum plerumque gentium adhuc paganarum saluti se impendebat, venit in Frisiā ad Carolum Martellum Pipini filium, & Rathbodus paganum, cum quo frustra de religione disceptans, profectus ad Ongendum Danorum principem, nihil quidem apud illum profecit, sed juuentus diuini verbi semina complexa est, ex quā triginta secum ephebos ad Carolum in Franciam deduxit. Consultit inde se Romam, vnde Legatus in Germaniam à Gregorio II. remissus, magnos apud Toringos, Hassos, & alios passim Germaniæ populos laborum retulit fructus, ut è S. Lutgeri de S. Bonifacio scriptis disci potest. Quae res Pontificem mouit, ut Bonifacium sacra mitræ tiarā insigniret, & Episcopis accenseret, suōque nomine

1365.  
Martyrologia omnia.  
Scriptores de vita S.  
Bonifacij.  
S. VVilibaldo.  
Eustachius Episcopus.  
S. Lutgerus Monasteriensis Episcopus.  
Rudigerus Hirsauerensis Monachus.  
Radbodus Traiectensis Episcopus.  
Othlonus apud Suriam, custos nomen ipse ignoravit.  
Serarius totum lib. tertium regnum.  
Moguntinorum de dicavit S.  
Bonifacio.  
M. Velseius Rerum Boicarum lib. 5.

DE S. BONIFACIO

cum amplissimâ potestate in Germaniam alegaret. Quâ dignitate auctus redijt in Thuringiam & Hassiam, ibique superstitiones genticas deleuit, Idola cōminuit, Iouis arbores excidit, hæreticos profligauit, cœnobia condidit. Cūmquâ solus labori tanto ferendo non esset, suppetias ex Angliâ vocauit, ad quem clari sanctitate viri fæminæque properârunt. Inter quos fuere SS. Burcardus, postea Heribipolensis Episcopus, Lullus, Moguntinus Archiepiscopus, S. VVilibaldus, Aichstatensis præfûl; S. VVunibaldus, VVilibaldi germanus frater, S. Sola, Abbates, VValpurgis virgo, aliique non pauci. Creatus inde Bonifacius à Gregorio III. Archiepiscopus Moguntinus, & pallio ornatus, multas passim aedes sacras per Germaniam molitus est, vt religionem Catholicam hæreticorum venenis impurataam repurgaret. Singillatim ad Bojorum quoque gentem Notation. p. 495. 22. accessit, apud quam, inquit Serarius, tria potissimum gessit, quæ ab Othlono memorantur.

Primum antequam tertio Romam ille profici seretur, de quodam hæretico, quem S. VVilibaldus Eremulsum, vel, vt codex habet alius M. S. & Othlonus Eremuulfum, D. Velserus l.s. rerum Boicarum, Erenuolfum, qui, (vt alia omnia) nitidè, ornatèque istud ita narrat anno Domini 1000 XXXIII. Vix obiecerat Corbinianus, cùm infaustum nomen Erenuolus homo hæreticus, primus, cuius memoria inter Bojos extet, si his quoque pestibus annotandis opere precium facimus; flagitiosa impiorum dogmatum labe serenda grassari cepit. Bonifacius, vt erat acri in diuinum cultum studio, properè accurrens, ne virus latius serperet, auctorem sceleris, mature ex sacrorum canonum præscripto damnatum ab Ecclesiæ communione reijcit, simul populum salutaribus concionibus admonitum in viam reuocat. Duo reliqua post redditum è Romana profectione tertia contigerunt. Tum enim flagitiosos ac impios Pseudo-Episcopos, & Pseudo-presbyteros, quorum & dogmatibus & exemplis prauis Bauaria inquinabatur Ecclesia, coarctauit, puniit, ac remouit S. Bonifacius, cùmque Bauaria tota plures quidem Episcopales antea sedes habuisset, una tamen sola Passauiensis legitimum hunc antistitem haberet, regionem totam quatuor in partes distribuit, & unam Passauensi illi, qui à Gregorio III. antea fuerat initatus, attribuit, tres alias tribus alijs, qui ab ipso consecrati S. Bonifacio: videlicet Iohannes, Salzburgensis Episcopus, Ernbertus Fisingensis, Govvibolt Ratisponensis. Explicat vero citatus jam Dn. Velserus, non solum quomodo, sed etiam quâ de causa duo ista euenerint: & explicat ijs verbis, quæ hic à me velut in rudi ac depexo centone dibaphus, aut purpura, & gemma, inscruntur. Erenuolfo, ait anno 1000 XXXIX. quamvis represso, multæ adhuc ejus generis pestes tota prouincia volitabant. Pars se Episcopos mentiri, pars presbyteros, alijs alia, vt cuique commodum, fingere, Ecclesiæ peruertere, populum (vulgus enim nouando in primis capit) seducere. Sedes sa-

cre

et aper Boicam habebantur quatuor, Laureacum siue Bataua, Salisburgum, Frisinga, Reginoburgum. Sabionæ ratio non habita, quod Longobardicum imperium respicaret. Nuenburgum Reginoburgo credo accensa: Verum et nec continentibus Episcoporum successionibus, nec certa finium descriptione satis constituta. Soliti preterea Pontifices Romani, legare homines persæpe exteros, magna & excellenti virtute, Corbinianos & Bonifacios puta, qui Episcoporum munere ubique libere, sine exceptione, fungerentur. Fraudatoribus, dolo obtegendo, utraque causa seruiebat, posterior maxime, quod peregrini & ignoti facilius irreperent, Pontificiam missionem credulis persuadebant: Si qui præsertim Britanni fuissejusdem cum apibus patriæ confortes, essent: quod ipsum superior (in c. 38. vit. l. i.) Gregorij (tertij) epistola innuit (illis verbis venientium Britonum) Vito (Bauariae Dux) tantam & tam late patentem, tamque perniciosem improbitatem coercendam ratus, Bonifacij opem implorat. Is Româ reuersus, commodum apud Luitprandum Ticini hærens, statim vocatus, affuit, & omni Boicâ perlustrata, impuros nebulones profligauit: populum prauis opinionibus corruptum, Christianis mysterijs, ab ipsis iterum rudimentis instituit. Multum ei rei operæ, multumque temporis impensum. Ut fructus responderet, & ne res ad hanc aliquando perturbationem relaberetur, placuit sedibus, quarum nomina posuimus, quod vacarent pleræque, Episcopos, Utilone & optimatibus volentibus, præfere, tum jurisdictionem, descriptus diœcesum limitibus distinguere. Salisburgensis, post Rupertum & Vitalem, deinceps Anslogus, Sauolus, Ezius, Fobargijsus præfuerant, Abbates omnes Monasterij Petri Apostoli, quod Rupertus in ea urbe instituit: Tunc quoque Ioannes inde datus est. Frisingensis Erimbertus, Corbinianus nuper defuncti frater. Reginoburgo, Bojorum regia Gaubaldus, siue Garibaldus. Laureacensis & Batauensis Episcopatus coaluerant paulatim. Philoni & Brunoni unus Theodorus successerat: Theodoro Viuilem, siue Viuilonem Gregorius (tertius) non ita dudum surrogarat, quem excisa ab Hunnis Laureaco, sub Hugiberti (Ducis Bauariae, quem Othlonus noster Hugbertum, & Willibaldini Codices Hugbertum, Hucbertum & Hugobertum scribunt) demum mortem, sacra Sacerdotesque in Bataua transtulisse auctores habeo. Bonifacius de Viuilo, qui unus legitimus in Boicâ esset Episcopus, nihil mutauit: diœcesin perinde ac reliquas descripsit. Hæc Augustanus ille, Boicusque Tacitus. Cæterum definitas Episcopatum dioeceses, vocant hoc loco S. VVilibaldus & Othlonus parochias.

Excitauit & Eistadianam sedem idem Bonifacius, in eaque collocauit S. VVilibaldum. Celebrauit & Ratisponæ Synodum Episcoporum. Condidit & Fuldense nobilissimum & amplissimum asceterium, de quo Marcianus Scotus, aliq; docti viri prodierunt. Vide originales Fuld. Aiunt Carolum Magnum Moguntiæ à S. Bonifacio sacro fonte tintum, & patrem ejus Pipinum in regem Francorum inunctum. Vl-

timum

DE S. BONIFACIO ARCHIEPISC. MOGVNTINO.

timum porrò pro Christo certamen Ostrachæ Frisiorum, cum sacro  
sodalium choro subiit, vbi sacro terram sanguine consecrauit, ab  
impijs foedè trucidatus, cui Alcuinus hoc epitaphium scripsit.

p. 153. Se-  
riamus.

*Hic pater egregius meritis BONIFACIVS almis.*

*Cum socijs pariter fundebat sanguinis vndam.*

*Inlyta martyrij sumente stemmata sacri.*

*Terra beata nimis sanctorum sanguine diues,*

*Transuolat hic victor miles ad præmia cæli.*

*Ultima cespibus istis vestigia linquens,*

*Suadeo quapropter, curuato poplite supplex*

*Tu quicunque legis, terris his oscula fige.*

*Spesque tibi fiat, lachrymis ascendere cælum*

*Hic potuisset. -----*

*Hic manet ille crux, cuncto preciosior auro,*

*Membraque cælesti rore hac perfusa quiescunt,*

*Adjuuat hinc PAVLVS, Doctor BONIFACIVS inde*

*Hec illis quoniam constat simul aula dicata.*

Subiungam vnum e pluribus Epigramma, quod apud Serarium  
legitur:

p. 156.

*Quam diuersa hominum contentio? Fries Parentem*

*Occidit; cæsum gestit habere MOGVs.*

*Corpus habere nequit? Spirantia suscipit exta;*

*Spiret ut hic pietas Praesulus, atque fides.*

Corpus Fuldae seruatum tradunt.



S. VIRGI-


S. VIRGILIUS EPISC. SALISBURG.



Ad salsa rupes et flumina salsa Iuuauij  
VIRGILII tumulus prodigiosus erat;  
Ob quem punta est incredula lingua ministri,  
Et fædè à stygio torta retorta lupo?

Donec ad ipsius, quem læserat improbus aras,  
Quam prius abnuerat credere, sensit opem.  
Discite iustitiam moniti, et non temnere Diuos:  
Quorum abit haud vniq; spretus inustus honor.

N S. VIRGI-



## S. VIRGILIUS

SALISBURGENSIS PONTIFEX.

CARINTHIORVM DOCTOR.



Irtus in excelsa sita semper augustiorem habet aspectum. Multum addit generis splendor recte factis, quod in Virgilio quoque ex Hibernia claris majoribus profecto celebramus. Is ubi à Pipino Galliarum rege ad Utilem venit, illico in Praesulem Salisburgensem expetitus, pro animi sui modestia toto beneficio repugnauit; ægre tandem, ut votis reliquorum antistitum, ac populi suffragationibus cederet, inductus est. Suscepit suorum cura, nihil prius habuit, quam ut ouilia pascuis cælestibus saginaret, verbōque & factis ad cælum deduceret. Ædem quoque sacram ingenti opere molitus, primo Bojorum diuinæ legis præconi & magistro S. Ruperto nuncupauit; sacris illius cum Cunibaldi & Gisilarij Comitum cineribus ex D. Petri sacrario illuc translatis, ut ex contemplatione Mausolei haberent Iuuanienses pontifices, quos imitantur. Virgilius re domi benè gesta, nominéque sanctitatis inclito per egregia facinora parto, à Carantanis quoque inuitatur, ut in ibi jacenti religione succurrat. Misit ille primum Modestum præsulē, Vatonem, Reginbertum, presbyteros, diaconosque, & alios complures; demumque ipse fecutus, ingens operæ precium fecit, omniaq; Pontificis ac curionis officia, moliendis, sacrandisq; templis, populo docendo, ægris visendis, vicis, pagis, oppidis lustrandis, executus est. quibus rebus effecit, ut velut unus e cælitibus etiam in terris coleretur. Inde ad fines usque Pannorum excurrens, ubi Drauus, apud Pirustas natus, se in Istrum exonerat, gentes disciplinā imbuit Christianā, docuitque ad præscripta legum sacrarum vitam conformare.

In ijs Salisburgi, Stephano Pontif. volente jubente, Episcopatum Anno 1000 XIV. finiit 1000 XXXIV. tenuit annos viginti, addunt vnum nonnulli propter excurrentes annorum menses. Fuit illi cum S. Bonifacio controuersia de baptismo, per imperitum Sacerdotem corruptis postremis vocum syllabis impletum, vicitque ex Zacharie sententiā Virgilius cum Vivilone Batauiensi Episcopo. Fuit & alia illi cum eodem de duobus mundis quæstio, cum Virgilius Antipodas intelligeret; sed alij mentem ejus apud Bonifacium pessime in-

N 2 terpreta-

1000 XXXIV.  
S. Eber-  
hardus En-  
pisc. Salis-  
bur. Chro-  
MS. Salis-  
burg. Tom.  
2. Ant. le-  
éton & 6.  
Hundus  
Metrop.  
G. Bayon.  
M. Velfe-  
rus, Baro  
natus alij.

DE S. VIRGILIO EPISC. SALISBURGENSI.

terprearentur homines improbi, seminandis inter principes discordijs, & cinistiones excitandis incendijs nati.

\* si anno  
784. natu  
cū velero  
scribas.  
Alioquin  
Et cī in  
Sed, obī  
se traditū  
780. Tum  
erunt ab  
obī annī  
452. S. Virgilius anno post obitū quadringētesimo octauo supra<sup>★</sup> quā dragesimū in cælitum album venit hac viā. Friderico Ahenobarbo Remp. Christianā pessimē habente, & cum Alexandro III. P.M. capi- talibus odijs decertante, Archiepiscopus Salisburg. meliores pon- tificis partes secutus, & ipse proscriptus est, & ager Salisburgensis grauiter vexatus, adēsque S. Ruperti incendijs & ruinis foedum in modum deformata. Conradus V. Vittelspachius Salisburgensis pon- tifex, idēinque postea Cardinalis, & Sabinensis præfus, ac demum Moguntinus Metropolita, & Imperij VII. vir, Othonis primi Bojo- rum ex gente Schiranā principis, germanus frater, hanc dum repur- gat, imo a fundamentis renasci jubet, laxatæ veteris muri parietinæ aperuerunt conditorum, in quo reperta S. Virgilij tumba cum ap- pictâ imagine & monosticho.

*Virgilii templum construxit schemate pulchro.*

Illico sparla per urbem, agrūmq; fama, tumulum ingenti hominū copiā certatim accurrentiū, sanctāq; Pontificis pignora venerantiū frequentauit. Nec Virgilij sanctitas diutius latuit per ingentia mox prodigia in omnem orbem inuulgata. Nam fæmina cum eni- tendo hærentem partum explicare non posset, per quietem de susci- piendo voto admonita, cereum ad modum corporis sui factum, juxta Virgilij sarcophagum accendi curauit, simūlque fætum edi- dit. Alijs alia beneficia ab eodem præstata. lux cæcis refulsiit, imme- dicabiles morbi curati, vitia corporum correcta, aures surdis resera- tæ; mutis vox & lingua explicata; claudis nerui compositi; tempe- statibus alij ingruentibus erupti, qui passim omnes salutem Virgilio in acceptis retulere. Vnus duntaxat ex sacris templi administris dia- conus sæpius mirandis Virgilij factis obtrectabat, fidēmque mira- culorum eleuabat, donec arreptus ab inferno hoste, immaniterq; excruciatus, ipsemēt coactus est ad sacros Virgilij cineres appellare, vbi supplex veniam proteruiæ impetravit, & ab ingrato hospite li- beratus est. His tantis, & tam crebris miraculorum nuncijs indu- etus orbis Christiani pater Gregorius Romani nominis IX. anno post Virginis partum<sup>★</sup> c. 10. CCXXXII. S. Virgilium inter cælites co- lendum præcepit, dignum jam diu eā veneratione Caran- tanorum doctorem, Bojorum fidus,

Germaniæ solem.



B. GEROL.

## B. GEROLDVS PRÆTOR BOIORVM.



Nulla fides, pietasq; viris, qui Castra sequuntur:  
Dixerat haud falsa; præsa Thalia fide:  
De Iouis hoc stygi; sed dixerat arma secutis;  
Sanctior est Christo sub duce militia,

Pro cuius dum iure pius capit arma GEROLDVS;  
Ictus pagana cuspide vicitus obit.  
Sed quasi viciisset, suscepit ab aethere laurum:  
Pugnantis mentem spectat ab axe DEVS.

N 3

B. GEROL-



B. GEROLDVS  
BOIORVM PRÆTOR.

Sueviā transiit hæc virtus in Boicam, tum cùm status Boiorum in aliam Reipub. formam est commutatus; noui quippe Reges, nouas condere leges consueuere. Carolus Magnus, vt in ejus actis cognosces, Thassilone ex auctorato, & in Cœnobium cum Theodone filio re truso, Geroldum hunc Boicæ, in prouincia formam redactæ præfecit: qui vir, quantus, quámque illustris cùm genero natalium, tum virtutis gloriā fuerit, ex M. Velseri II. viri Augustani, libro sexto rerum Boicarum, nondum in lucem emissio, accipe. Hunc (Geroldum) vteres scriptores comitem & consiliarium, atq; signiferum Caroli promiscue dixerunt, non nemo consanguineum. Alij Gerardi, Kerardi, Celeri nomine, Ducisque appellatione in illo abusi sunt: & plura præter hæc, præterque verum affinxerunt, quantum quidem ex ipsa re conjecturam facio. Domo Sueuum, Hildegardem sororem habuisse, amplissimam præfecturam affinitatis suffragatione a Carolo consequitum, certis monumentis comperi. Valafridus Augiae in Acronio lacu Abbas, siue æqualis huic etati, siue suppar, insigne virtutis testimonium, quanquam duris & incultis versibus perhibuit.

Hic vir in hac patria summā bonitate nitebat,  
Moribus egregius, verax, mansuetus, honestus.  
Cui Reginæ soror, Ludouici chara genetrix  
Hildegardis erat, parili bonitate venusta,  
Viribus ille potens, sanctoque potentior actu.

Augiensis annales Pussenium Comitem appellant. Pussen in excelsis Sueviā monte arx sita, nomen retinet. Hanc illi patriam sedem fuisse, fit verisimile ditione longè protensa. Cùm liberis careret, amplum patrimonium locis ferè sacris, Augiensi in primis, & Sangallensi Monasterio dilargitus est, piam & prudentem rationem fecutus, quam idem Valafridus explicat.

Defuerat siboles, pariterque & defuit hæres:  
His igitur verbis sese compescere cœpit:  
Denegat hæredem Dominus, manet ipse superstes,  
Quod dedit, accipiet, Maria commando beatæ.  
Sic votum factus sequitur. Magis omnibus isti  
Profuit ille loco, cuius nitet Augia donis.

Et Paderbornæ Geroldi opus memoratur, sacra ædicula, quam Græcis artificibus vsus, horum enim tum maxima erat existimatio, condidit; eam post annos ducentos vetustate fatiscentē Meinver-

N 4 cus

15CLXXX  
VIII.  
Eginbar-  
dus de Ca-  
rolo Mag.  
Valafri-  
dus Abbas  
Augiensis  
Vetus  
Monachus  
M. Velseri  
Rerū Boi-  
carum in-  
edito.

D E B. G E R O L D O.

cus Episcopus restituuit. Neque nos longius prouectos piget, quo fuliginem memoriae viri excellentis multorum annorum situ obductam detergeremus. Hæc Velserus, qui mortem eius stilo prosequutus in hæc verba scribit: *Anno nonagesimo nono (post septingentesimum intellige) Hunnicum bellum recrudesces, veteri verbo fidem asseruit, metum non diuturni officij custodem esse.* Ad primum tumultus nuncium armati accurrere Ericus Forouliensium dux, & Geroldus Boicae praefectus. *Enim uero virtusque virtutem per fidem interceptam fortuna deuictus, ut bellum Franciæ cetera incruentum pro pœnódum unius funestarint.* Ericus Tharsaticam, quæ Liburnie ciuitas ad mare sita, obſidione cingens, homo militaris, multis victorijs clarus, oppidanorum insidijs circumuentus, ignarâ morte perimitur. Siegebertus a suis cœsum scripsit, nos plures, & sine controvërsia grauiores testes, principem Eginhardum sequimur. Geroldus nihil properiore casu, acie instructâ, manus jam conferturus inter ordines obequians, dum aptâ oratione militum animos erigit, certam aduersus hostem eum victoriam spöndens, qui spem adhuc omnem in fugâ posuerit, incertum cuius virtute an scelere improviso cecidit, nam equites eum comitati duo, simul interfecti sunt: facti auctor latuit, corpus in Augia Monasterio conditum cum Epitaphio.

*Mole sub hac magni seruantur membra Geroldi,  
Hujus iurâ loci cunctis qui viribus auxit,  
Pannonijs verâ Ecclesiae pro pace peremptus  
Oppetijs seu Septembribus ensé Calendis,  
Sideribusque animam dedit. Artus Saxo fidelis  
Abstulit, huc retulit, dignoque hic clausit honore.*

*Mortui ingens fuit existimatio. Vetus Monachus post hæc vigesimo quinto, eridu prius quam vitâ excederet, viso diuinitus objecto, Martyribus annumerandum monuit, uti ab Heitone Basiliensi Episcopo, qui Vetus familiariter vñus est, proditum: De Geroldo, inquit, etiam quondam Comite dixit idem Angelus, quod in requie esset, gloriæ Martyrum adæquatus. Zelo, inquiens Dei, in defensione sanctæ Ecclesie infidelium turbis congressus, temporalis vita  
disspendia passus, ideo aeternæ vita particeps  
est factus.*

S. CAROLVS

S. CAROLVS MAGNVS.



Hercum sanguis, quondam tria fulmina mundi  
Tres MAGNI titulos obtinuere ducis;  
Persarum dominor, gener alter dictatoris,  
Et MAGNVS ROMÆ conditor ille noue;

CAROLE quartus ades, tribus his cognomis heros,  
Par armis, maior sed pietate tribus.  
Fuderunt reges illi, strauere tyrannos;  
At tibi MAGNE ipsi succubuere DEI.

S. CAROLVS

DE SCROLES MAGNO IN B

SCROLES MAGNAZ



SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B

SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B  
SCROLES MAGNO IN B

SCROLES MAGNO IN B

DE S. CAROLO MAGNO  
S. CAROLVS MAGNVS

78

IMPERATOR.



AROLVS, propter rerum, quas gessit, magnitudinem, Alexandri Macedonis, Pompeij, Constantini exemplo, ex virtute dictus cognomento Magnus, rectius veriusq; propter singularē militaris disciplinæ scientiam, summā literarum cognitionem, ardentissimū religionis ac pietatis studium, ter maximus appellādus, Anno post Christum natum DCC. altero & quadragesimo, Pipino Francorum Rege ex Berthā seu Berthradā Græcā principe natus, genus, meo quidem animo, à Boiis, non hi ab illo, traxit. Vtī Agilolfingus Theodonis primi frater Carolinorum auctor fuīt, vt alibi fortasse, Deo auspice, ostendemus. Sed quo loco natus, Eginhardo auctore, incertum; siue patrium solum fuit Ingelshai- mium, quod altero milliari Moguntiā distat; seu Caroloburgū, quod in Boicā tertio lapide ab urbe Monachio, regiā principum ab- est; siue haud procul Leodio, vt Belgæ volunt; siue demum Ingel- haimij apud Francos. Nam ferè de Caroli hodie, vt olim de Home- ri patriā certatur. Nos cum Eginhardo negamus natalem terram Caroli certō sciri posse. Carolum Martellum habuit auum, qui pri- mus Franciam ab impotenti Tyrannorum dominatu in libertatem asseruit. Saracenos duobus ingentibus prælijs primū ad Pietaui- um oppidū, deinde Byrram flumen superauit. Pipinus pater ex præ- fecto Palatij rex, post quintum decimum, quām regnare occuperat, annum interfusā cuti aquā extinctus, regni hēredes Carolomannū, & Carolum Magnum ex se natos reliquit. Carolus Pipini sortitus partem, Carolomannus patrium regnum accepit, qui spretis rebus humanis dudum se Deo per S. Benedicti religionem totum deuo- uerat, & imperium cælestē contemptis rerum mortalium umbris af- fectārat; vnde & æternam sibi in cælo terraque gloriam concilia- uit. Hoc transmittendum silentio non est, eodem anno geminos in lucem heroas editos, quorum Thassilo Bojorum principatum fi- niit, Carolus M. ad Francos translatum inchoauit; cum Theodo- princeps gentis, Boicam anno receptæ salutis quingentesimo octauo, Romanam tum prouinciam inuasisset, quam Theodo vltimus & vnicus Thassilonis hæres, ducentesimo post & octogesimo anno cum patre amisit, vtī Augustulus imperium Romanum ab Augusto incho-

ADCECXTV.  
Eginhar-  
dus, Melo-  
nus, Baro-  
nus, Offi-  
cium de  
Carolo M.  
Tom. 2.  
Ant. L. ge-  
neal. Caro-  
M. Tom. 5.  
Sangalen-  
sis, armori-  
nus lib. 4.  
Et s. Scri-  
ptores Fra-  
corū. The-  
ganus.  
Chronicon  
Belgicum.  
Scriptores  
Germano-  
rum, ali-  
jacenti,  
potissimi  
Eginhar-  
dus, Amo-  
nus, The-  
ganus.

DE S. CAROLO MAGNO

inchoatum, Constantinus Palæologus Constantinopolitanum, quod Constantinus M. fundârat, finiuit, & Carolus M. postlimi-  
nio occidentis imperium restituit, & Franciæ, Germaniæque intu-  
lit, primus ex Germanis ab summo orbis arbitro Pontifice Leone III.  
imperioriâ laureâ insignitus. Iam per capita Caroli studia, mores,  
coniugia, bella, religionis tutelam, propagationem, cultum, ædes  
sacras, fata denique vltima, ædes, aliâque pietatis opera compendio  
exequamur. Quibus exercitationibus crescentem pueritâ florem  
initiarit, et si scriptores non exponant, & Eginhardus infantiam,  
pueritâmque scriptis neget illustratam; Grammaticâ tamen tiroci-  
nio à Petro Pisano Diacono imbutum tradit. Elegantiam dicendi,  
rationem disputandi, & ratiocinandi; cælestium item rerum disci-  
plinam, astrorûmque cognitionem ab Albino, cognomento Alcu-  
ino, haufisse docet. Quin & versum struere nôrat, & hodie Hadri-  
ani Epitaphios, & epistola ad Paulum Diaconum legitur. Sacrârum  
litterarum volumina tam tractata habebat, vt ipse discipulus magi-  
strum suum erudiret, & quæstiones ab eodem sibi positas expediret.  
Rerum Ecclesiasticarum studio fuit tanto, vt carmina, hymni, oda-  
ria, ipsius potissimum jussu & auctoritate componerentur, quæ ho-  
diéque in Ecclesiâ retinentur. Ex quibus omnibus facile cogas, Ca-  
rolum primam adolescentiam in literarum meditatione, præter re-  
gias equitandi, venandiq; & arma tractandi artes, consumpsisse, nec  
postea, vbi paulatim à bellicis studijs otium erat, intermisisse, vt &  
hac in re cum Iulij, Augustis, Germanicis, Julianis, Theodosijs cō-  
tendi meritò poscit. Academias geminas instituit, Ticinensem &  
Lutetianam, illam, inquam, Academiarum omniū parentem & re-  
ginam, ex quâ, velut ex equo Trojano, tanta virorum copia, omni  
doctrinarum genere cultissima profluxit. Bononiensem à Theodo-  
rico eretam instaurauit. Latinam linguam æquè ac patriam calle-  
bat, Græcam intelligere melius, quâm pronunciare posse credeba-  
tur, adeò disertus erat, vt eloquentiam ipsam docuisse, non ab illâ  
artem dicendi didicisse videretur.

Virtute militari, quâ arte & scientiâ; quâ fortitudine & felici-  
tate, ita præstabat, vt pares fortasse Constantiū M. & Theodosium  
habuerit, neminem certè, præsertim ex Christianis, superiorem. In-  
ter paganos cum Alexandro & Cæsare jure componas. Quinto de-  
cimo anno à patre Marti initiatus prælio adsuit, quo Varifarium  
Aquitaniæ principem Pipinus bello nouennali persecutus, tandem  
fregit, cepit, & defectionis pœnas morte luere coëgit. Composita  
videbatur Aquitania, cùm Pipino vitâ & regno cedente, Hunoldus  
patratum

patratum vt putabatur bellum instaurat, quem Carolus jam suis auspicijs prælio, quod primum commisit, fugatum, Aquitania exuit, nec apud Vascones confidere passus, ipsum Vasconum ducē Luponum cum dedito Hunoldo in fidem & clientelam accepit, & Aquitaniam, Vasconiamque omnem, in suam ditionem rededit.

Tertium rogatu Hadriani Pont. in Longobardos tum Ecclesiæ, vñ superioribus annis, infestos suscepit, regem illorum Desiderium Ticini per totam hyemem arcta obsidione circumfessum, & se & regnum dedere, quibus viator voluit conditionibus coëgit. Interim Carolus relicto ad munitiones milite, Romam pietatis caussa contendit, & reuersus Desiderium exire compulsum custodiæ mandauit, Adalgisus Desiderij filius, & regni hæres, Constantinopolim profugit, ibique diem vltimum clausit. Carolus Italiam potitus, quæ Longobardus Ecclesiæ subtraxerat, restituit; regem aeterno exilio multauit. Amplius ducentos annos Longobardū in Italiam dominatū, Carolus vna obsidione domitum, regnōq; exutū, in Eburnes exulatū misit. Saxonum inde excepit, quod tres & triginta annos durauit, saepe compositum, saepe instauratum. Alterum postea Longobardicum, quo Rotgandum Foroiulij regulum regnum affectantem occidit. tum Hispanticum Hunnicumque, quod ipsum octennale fuit; Bohemicum, Danicum, Sclauonicum, Boicum, & alia fælici euentu gesta omnia, quod Carolus Ecclesiæ propugnator, ab supremo cæli Imperatore fuerit propugnatus; quem vtinam sequantur hodie principes; rebus sanè & suis & suorum melius consultum irent. Certe Numinis præsentia saepenumero Carolum apertis signis tutata est. Nam primo tumultu Saxonico, cum Eresburgum Saxonum arcem expugnasset, indeque ad Ermenfredam idolum euertendum properasset, in maxima terræ siccitate & aquationis inopia repente largissimum flumen vberrimis syndis exiliit, quo totus exercitus, jam triduum siti anhelans, recreatus vires recepit. Quin & absente Carolo, cum Saxo occasionem aucupatus ad oppidum Fristoriam castra posuisset, & Diui Bonifacij ædem summam conaretur flammis delere, nullā id ope exequi potuit, cum duo cælites fulgenti cultu parentes, terrem hostibus incussissent, vt omnes fugam certatim capesserent. relictus ad templi valvas barbarus (vt prodigium agnosceretur) quæ manu farmenta congesserat, cum plenis anima faucibus collecta, flatu incendere conaretur, & templo subiçere, eodem quo facinus tentabat habitu, genuque nitens, exanimatus, an sideratus? repertus est. Ethujusmodi significationibus tutela numinis saepius, quam sibi Caroli conatus, virtusq; cordi essent, declarauit.

O

Iam

## DE S. CAROLO MAGNO

Iam ipsius robur corporis virésque eae fuerunt, ut propè fidem excedere viderentur. Equitem cataphractum; equumque uno ictu medios diuisit; militem armatum manu planâ sublatum, nullo negocio ad verticem usque capitis tollebat, aliisque inuicti roboris argumenta, velut alter Samson edebat. Imperij fines longè latèque protulit, ut merito occidentis imperator diceretur, cum omnem Italiam, Germaniam, Galliam obtineret, diuisumque orbem cum Nicephoro Orientis principe possideret; quamquam ille Carolum magis timebat, quam amabat, cum diceret:

Τὸν Φεργυκὸν Φίλον ἔχεις, γείνεται τοιοῦτος.

Francum amicum habeas, vicinum caueas.

Misitata illi passim ab Imperatoribus regibusq; digna tanto imperatore munera. Ex Perside Abdella legatus, papilionem & tentoria è serico attulit, mirandæ tum magnitudinis, tum artificij, vestem item peregrinam, odores, Arabum, opes, & vnguenta, balsamaque. Sed præ cunctis omnium oculos in se conuertit rarae artis, nouisq; ingenij horologium, quod in Francorum annalibus descriptum leges. Fuere & duo Lychnuchi supra communem nostratium modum. Idem per Isaurum inusitatæ, certè nostratibus inuisæ molis beluam Indicam Abulabazanem transmisit.

Clementia in victos quâ fuerit, vel ex hac Christianum & Christianissimum, ut illum Ecclesia honoris causa nuncupauit, agnoscas. Extra aciem quem hostium occidit? Desiderium seruauit; Thassilonem bello saepius victum, & Majestatis conuinctum, jussit alijs in coenobio subesse, qui suis domi male præfuerit. Pipinum nothum in conjuratione deprehensum, ut Thassilonem coegerit monachum induere. Iam verò socios exilio multauit, nisi qui dedere se recusabant. Saxoni toties rebellanti, toties perduelli, victoque aliam ferè legem non tulit, quam ut Christum, ejuratâ idolorum impietate, coleret. Vnde discas, quantum intersit inter Christianos principes & paganos, qui proscriptionibus imperia exhauebant, quotquot poterant, occidebant, quos non poterant, fugabant. Ut non sit magnoperè mirandum, plerisque ferro, quo tam impotenter abusi sunt, cecidisse, cum ex Imperatoribus Germanis, per annos amplius quadringentos nullus gladio occubuerit. Primus Philippus Aenobarbo natus, quod Othoni V Vitelospachio praefecto prætorio adulterinas literas, pro legitimis dedisset, filiamque diu despontam negasset, ferro cæsus, quod nolle factum, occubuit; cæteri omnes ante, fato suo, ex naturæ præscripto defuncti. Post nonnulli interemti.

Vxores

Vxores numerantur ab alijs quatuor, ab alijs quinque, ordine  
ductæ, prima Desiderio Longobardorum Rege nata, vel, vt alijs,  
Theodorici soror; secunda Bertha, seu Hermingaria, quam post  
annum, inuita matre, repudiauit. causam addit Sangall. clinicam  
fuisse, Caroloque spem hæredis ademisse, factumq; id sanctorum  
virorum consilio. Tertia, Hildegardis illa non Boica, vt non nemo  
existimauit, sed Sueua genus, Geroldi Comitis, & Boicæ prætoris  
soror, etiam tragico syrmate cantata, Campidonensis coenobij faci-  
lè principis in Germaniâ conditrix: ex hac trigeminus stirpis virilis,  
& totidem muliebris suscepit, Carolum, Pipinum, Ludouicum, qui  
proximus à Carolo imperauit; Rotrudim, Bertam & Gislam. Terti-  
am duxit à morte Hildegardis, Fastradam Francicam fæminam, fero-  
cis ingenij: & hâc fato sublatâ, postremam Luitgardam, quâ item  
rebus humanis exemptâ, cum alijs exinde consueuit, nullo jam nu-  
ptiarum feedere copulatis, quod nemo sit ab omni parte beatus, vt  
generofissima quæque vina suas alunt fæces; in lætissimâ segete in-  
telix lolium succrescit; vbi mel, ibi fel; vbi vber, ibi tuber: has Ca-  
rolus animi corporisque labes multis virtutum laudibus compen-  
sauit, imò deleuit, tot inquam edibus sacris à fundamentis excitatis,  
tantis pecuniarum copijs in egentes toto orbe effusis, tot sedibus E-  
piscoporum positis, & amplissimorum prædiorum vsu, fructuque  
locupletatis, vt taceam alia plena admirationis facta, quæ Cupidinis  
non vulnera tantum, sed cicatrices etiam potuerunt abolere. Nam  
pietas & religio, firmamenta Imperij, Caroli tanta fuit, vt cælestes  
illi post mortem honores verè decernerentur.

Romam, voti caussâ, quater adjit, & religiosa Diuorum vesti-  
gia summa cum veneratione exosculatus, toti posteritati singulare  
pietatis exemplum reliquit, cuius monumentum est aurea pera,  
mortuo ab humeris suspensa. Illo enim cultu in Vrbem venit.  
Diu quoque Iacobi in Galiciâ celebrem religione ædem lustrauit.  
vestem, fetis horrentem, majorem vitæ partem gestauit. Diuorum  
res gestas per Paulum Diaconum conscribi, easq; statis diebus publi-  
ce legi præcepit. Fastos Martyrum, conciones patrū colligi, omni-  
umque, quibus imperabat, gentium res memoratu dignas in literas  
mitti curauit. Rem diuinam in æde sacrâ assidue obiuit, neq; statas  
preces & canonicas seu diurnas seu nocturnas, cum valuit, inquam  
neglexit: sacris operantes magnâ religione attendit. Sacram su-  
pellestilem, vestem, vasâ, omnemq; templorum ornatum tam copi-  
osum instruxit, vt neque januæ tutelam gerentes, voluerit profano

O 2 cultu

DE S. CAROLO MAGNO

cultu munus suum obire. Canendi psallendique artem imprimis callebat, & ipse exerrantes emendabat, modesteque canentibus accinebat.

Nouas Episcopis sedes nouem posuit, Monasteriensem, quam Ludgero assignauit: vt Heriberto Mindensem, Halberstadianam Hildegrino, D. Vuiboni Osnaburgensem, Bremensem Nuitchardo, Hermario Padeburgensem, Verdensem Suuiberto, Heridago Hamburgensem, Hildesheimensem, seu Hildensem, Guntero; duas ad dignitatem Metropolitanorum prouexit, Iuuauensem & Hamburgensem. Basilicam magnæ D E : Matri visendam Aquis condidit, auro argentoque ornauit, cancellos & portas solidō ære jussit rigere. pilas è marmore Româ & Rauennâ aduecto surrexit.

Christiana lex passim à Carolo propagata; Saxones, Dani, Hunni, Sclavi, aliique, damnato dæmonum cultu, Christo se dederunt. Ecclesiam Romanam Longobardorum immanitate penè oppressam, victis barbaris in libertatem asseruit; oppida, agros, prouincias restituit, nouisque beneficijs cumulauit, immunitates ejusdem sanxit, pontificum creationem Ecclesiæ permisit, sibi nullum in eam jus vindicauit. Saxonas Diuo Petro dedicauit, ab Gallis annuam pensionem Romanæ Ecclesiæ destinauit, spolia hostium, præsertim Hunnorum, ad Diui Petri ædem ornandam Romam dono misit. Regibus Francorum, pontificum Romanorum tutelam commisit, vñ illos ab hostium incursionibus & insidiis propugnarent.

Catholicam Ecclesiæ Romanæ pietatem & sententiam à primâ infantia, ad yltimum vitæ punctum constantissimè retinuit, coluitque. eiisque disciplinam morum & cæremoniarum multis pontificum concilijs restituit. Felicis infelicissimi, Nestorianam sentam iam olim execratam olentis, celebratis pluribus patrum synodis, eliminauit, funditusque extirpauit. Pontificem Leonem à suis malè mulctatum, punitis noxijs dignitati restituit; ad se venientem summâ cùm veneratione exceptit.

Temperabat summum imperatoriæ majestatis fastigium planè Christianâ modestiâ, nec auro gemmísque, nisi summis Christi, Diuorumque celebritatibus cultus apparebat; quotidiana vestis parum à communi & plebejâ abhorrebat.

Accedebat in quotidiana victus ratione, temperantia, oderat ebriosorum clamores & intemperiem, ipse inter lautas etiam, quas raro instaurabat, coenas ter bibere, raro sæpius consuērat. Legibus vetuit, ne quisquam alterum ad pocula & ebrietatem prouocaret.

Sub

sub ipsis epulis acroáma audiebat, aut ex historiâ veteri majorum facta, potissimum tamen D. Augustini de Ciuitate Dei libris aures præbebat.

Augebant pietatem Caroli cælites, qui Diuorum illi Martyrum sacros artus, Saluji inquam, & Superij, aperuerunt. S. Suuiberti, seu Huniberti celebritati, cùm à S. Leone Pontifice maximo, cælitum albo ascriberetur, adfuit.

Singulare est, quod optimâ fide Scriptores referunt, de VVede-kindō Saxonum principe, qui diu negotium Carolo faceſſierat. Hic pæctis cum Carolo inducijs, centone rogatoris tectus, clam venit in caſtra Caroli, an Dei? certè Deus in illis viſus. Statuerat barba-rus explorare minima maxima Caroli acta; pax jam conuenerat inter vtrumque, sed curiosus, rerum intimarum cupiebat luſtrare arcana. Caſtra posuerat Rex ad Oram flumen, propter VVAlmerſtadium Saxoniæ. Christi de morte triumphantis tum me-moria apud Christianos festa ceremony agitabatur, & ex more cum Imperatore miles ad cæleſtem agnum in ſacrâ synaxi ſumendum accumbebat. Ibi cum biduo antè (parafceue fuerat) VVede-kindus Caroli vultum notâſſet, moerore confuſum, animique dolorem non vulgarem præ ſe ferentem, ſed ipſo pòſt die Paschæ, eumdem Carolum attento prium & ſollicito ſimilem, mox velut abſterſâ omni curâ animi, ſerenâ fronte ad mensam, in medio ſacra-rio poſitam, accedere, puerumq; formâ elegantissimum regi à pur-purato Myſta propinari, ac deinceps alijs atq; alijs, infantemq; à qui-busdam abhorruiffe, & ægrè ad eos accessiſſe, ad alios verò vultu læ-to properaſſe, quibusdam ſe etiam amabilissimum præbuiffe. VVede-kindum ferunt hoc viſo attonitum, & inter ſtipem poſcentes de-prehendum atq; ad Carolum adductum, quæ vidiffet expoſuiffe, & vt Christianis ſacris initiaretur poſtulâſſe, Mindensimque Pon-tifici nouo nouam ſedem poſuiffe.

Nemo pius eſt, qui non ſit idem liberalis in egentes, cùm religio doceat humanis opibus cæleſtes theſauros cōparandos, ijsdémq; in miſeros effuſis, delictorum labes expiandas, quod copiosè præſtitit in omnes benignus Carolus, non populares tantum, ſed toto orbe remotos, Syros, Aegyptios, Afros, Palæſtinios, & quoscunq; denique vbi vbi gentiū degeret, ex Christiano cenuſu, laborare in opia cognofcebat, donis & pecunia ſubmiſſâ fouebat, eōq; nomine ſibi Perſarū, Afrorū, & Syriæ principes beneficijs deuinciebat, vt Christiani apud Barbaros degétes ſuis regibus propitijs vterentur. Peregrinos ita cō-pletebatur, vt non ſolum regia ipsius, ſed totū regnum aduenis, ad inuidiam propè ipsius inundaretur.

DE S. CAROLO MAGNO

Multa & visenda opera, ædésque sacras & palatia, porticus ac pontes, aliisque molitus, partim perfecit, partim inchoauit. Regiam Ingelhaimianam, in natali, vt multi ferunt, solo propter Moguntiacum; alteram Nouiomagi Vuali flumini imposuit. Longè celebratum & augustissimum est templum illius Aquis excitatum, & pons, passus quingentos longus, Rheno ad Moguntiam injectus, qui anno, quam moreretur Carolus, foedo nomine conflagravit.

Cœnobia, viris religiosis quatuor supra viginti, à fundamento erexit, quibus singulis singulas ex auro literas ducentorum pondo, ad signandum ordinem & tempus conditorum, literarum & elementorum ordine inscrisit. Alia, vetustate collapsa, instaurauit; orbem denique terrarum principum in oriente improbis imperijs fatigatum, quodammodo recreauit.

Testamento vero, quod triennio ante mortem confecit, opes, quas possedit vniuersas, aurum, inquam, omne, argentum tam signatum, quam rude, gemmásque, & omnem pretiosam supellecilem, ac regium apparatum, in tres partitus sortes; Primam integrum jussit custodiri, duas in vnam & viginti diuisas partes, Metropolitanis in imperio suo ciuitatibus tribuit, ita sortiendas, vt Archiepiscopus quisque ex acceptâ suâ sorte tridentem sibi retineret, duas reliquias subiectis Pontificibus assignaret. Sacræ pontificum majorum sedes nuncupatae sunt Roma, Rauenna, Mediolanum, Forum julij, Gradus, Colonia Agrippina, Moguntiacum, Salisburgum, Rotomagus, Treuiri, Senones, Vesuntium, Lugdunum, Remi, Arelatum, Vienna, Taratasia, Eborodunum, Burdegala, Turones, Bituriges. Primam autem ac Principem ex tribus capitalibus partibus ad usum vitæ quotidianum adhibuit: quod à morte ex eâ reliquum esset, quadrans omnium, viginti illis & vni Metropolitanis addetur. Ex altero quadrante liberi ac nepotes, mares juxta ac fæminæ hæredes essent. Tertius egentibus cederet; quartus aulicis officijs, seruis, inquam, & ancillis. Sacrum facelli domestici instrumentum, vel à majoribus acceptum, vel aliunde auctum, intactum, & sacro-sanctum jussit suo loco relinqu. Subscripte tabulis Episcopi undecim, Cœnobiarachæ quatuor, comites quindecim. Tabulas ipse Pontifex optimus Maximus Leo III. suâ manu confirmauit. Ludovicus Imperator secundum patris mortem, summâ fide quam primum executus est.

Fatalem illi diem (vti multis alijs ad summa Reipublicæ Gubernacula sedentibus usuvenit) multa prodigia portendere. Crebræ siderum duorum Principum defctiones, quibus imminentem Caroli

roli mortem sentire, lugeréque jam tum videbantur. Accedebat lurida solem medium inquinans macula, per septiduum spectata; porticus intra regiam & Basilicam subito collapsa; pontis decennali opere facti conflagratio; faces sereno cælo ante ejus ora emicantes; eodemque tempore equi, cui insidebat, cadentis, & vectorem grauiter afflagentis lapsus, jaculumque longe è Caroli manibus excusum; Palatij, in quo diuersabatur, assiduus tremor; conclavium crepitus; tactum de cælo summum Aquis templum; malum aureum è tecto dejectū; litteræ coronæ, CAROLVS PRINCEPS, expunctæ.

Ergo quarto decimo anno post octingentesimum à Christo nato, correptus est febri, quam inediā, ut sæpè consuérat, frustra pelle-re conatus est. Nam cum vehemens dolor pleuridis accederet, septimo post die, quam decubuerat, Aquis Granijs, rebus sacris rite munitus, ex laborioso mortalique imperio, ad tranquillum & immortale regnum triumphumque emigravit. Vixit annos duos supra septuaginta, Franciam rexit annos septem & quadraginta, Italiā triginta nouem, imperauit quatuordecim, obiit V. Calend. Febr. horā tertiā ante meridiem. Corpus maximā ceremoniā, & summo populi dolore, patriæ patrem lugentis, summae ædi B. V. ab ipso olim constitutæ illatum. Imperator multis nominibus felix; quod viuus Imperium Romanum ad Francos & Germanos, ab Pontifice Maximo acceptum, transtulerit; quod orbe toto victor inumeros ab hoste triumphos reportārit; quod hæredem ex se natum Ludouicum imperio reliquerit imperantem; quod orbem terrarum rerum gestarum magnitudine, nominisque gloria implerit; quod postea cælo adscriptus, inter cælites Diuus coli cœperit. Visitatur hodiéque ejus tumulus, arcu quasi triumphali nobilitatus, cum hac Epigraphe.

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS  
CAROLI M. ATQVE ORTHODOXI IMPERATO-  
RIS, QVI REGVM FRANCORVM NOBILITÉR  
AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII. FOELICI-  
TER TENVIT. DISCESSIT SEPTVAGENARIVS  
ANNO DOMINI DCCCXIII. INDICT. VII. V. CAL.  
FEBR.

Carolus in conditorio, ut est in ejus vitâ ab Pithæo editâ, seden-  
tis habitu collocatus est, aromatum pigmentis delibutus, regio cul-  
tu insignis, nisi quod pro intimâ tunica, cilicinum thoracem, quem

O 4 viuus

DE S. CAROLO MAGNO IMP.

viuus affligendo corpori gestarat, ostentaret. Manibus sacram novi instrumenti historiam ferebat, coronæ sacræ salutare crucis lignum adiectum. Pera aurea, piæ peregrinationis tessera, ab humero suspensa. Sceptrum & scutum ex auro (ab Leone pontifice olim consecratum) è regione sedentis fixa. Hæc ornamenta in hypogeo sedenti addita.

Corpore fuit, ut ferè describit Eginhardus spectator illius & gener, ampio & robusto; staturā procerā, quæ tamen justam non admodum excederet, septem sui corporis pedum, vertice rotundato, luminibus prægrandibus, radiantibusque, naso supra mediocritatem magno, cæsarie canicie venerandā, fronte serenā, & exporrectā; inerat ori regia dignitas & majestas, seu stantem cerneret, seu sedentem; ceruix tamen breuior & obesior, ventérque projectior, quem artuum reliquorum granditas excusabat; incessu firmo & virili. Appellatus à Pop. Romano primū PATRICIVS, mox AVGVSTVS, & MAGNVS; ab Synodo Moguntinā CHRISTIANISSIMVS; quod postea nomen fuit Galliæ regibus æternum; ab eadem RECTOR VERÆ RELIGIONIS; DEFENSOR SANCTÆ DEI ECCLESIÆ; à Concilio Rhemensi, PIISSIMVS: ab Arelatenſi, PRINCEPS & IMPERATOR & ORTHODOXVS.

Erunt fortasse, qui querentur multa in Caroli M. vitâ præterita, res quásque memorabiles & maximè illustres penitus neglectas, ut sunt de Rutlando in Hispanijs cæso; de Hildegarde Caroli conjugi; de profectiōne Caroli Hierosolymitanā; de morte Caroli & viuio Turpini; atque hoc genus alia non pauca, quæ poterant D. Caroli memoriam reddere augustiorem; sed ego nullā vanitate orationis cuiusquam vñquam creuisse famam existimo, imò factum inde, ut etiam veræ laudes detererentur; habet enim hoc falsa quamvis in speciem amoena narratio, ut veram etiam, incredibilem reddat. Legimus & nos non paucos, qui virtutes Caroli composuerunt, sed mihi ex veteribus principes sunt, Eginhardus, & quos extra ordinem in orā cognouisti. Alia aut apertè falsa, aut dubiæ fidei satiūs visum est silentio transmittere.

THASSILO

## T H A S S I L O

EX PRINCIPE

M O N A C H V S.



¶ Ecclesia neque Theodonem tertium, qui primus ex Boiorum Regulis cælestem ab Ruperto legem accepit, cælitibus publicè accensuit ( quamuis hunc Cratepolius sancti honore dignetur ) neque Thassilonem inter Diuos retulit; Ita ego nominibus abstineo Sanctorum, quæ decreta Ecclesiæ, quamuis religiosis viris nondum concessere, et si non minus beati sunt, quam quibus cælitum veneratio publicis tabulis indulta. Nisi quod in illis error omnis absit, in his subinde erratum sit, quod fama quosdam inter Diuos collocariit, quos veritas tandem deprehensos, sacrilegi plagij, tanquam cælestium honorum fures damnauit. Thassilonem plerique omnes scriptores veteres & noui multorum Coenobiorum in Boicâ conditorem laudant, eiisque singularem erga sacra Diuorum pignora & cineres venerationem deprædicant, extreum etiam vitæ actum, & miranda quædam opera mortem ad ejus tumbam secuta celebrant, docentq; monimenta in veteribus Cœnobijs reperta. Ex quibus vnicum, sed juxta M. Velseri censuram, ex quinto Boicarum rerum adscribam, ut lector vera ab incertis possit segregare. Ergo in literis veneradæ Antistitie Sabine, Chiemsei cœnobij presidis ad Serenissimum Maximilianu datis, anno recepti orbis 110 120 130. hæc leguntur ad verbum.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINITATIS

Amen.

Nouerint certo testimonio scripturarum, Christi fideles vniuersi, Thessalonem hujus Ecclesiæ sanctæ Mariæ Chiemensis Ordinis S. Benedicti fundatorem: hunc Thessalonem primùm fuisse Ducem Bauariæ; postea regem Longobardiaæ, postremoque Monachum in Laurissa, Ordinis beati Benedicti, videlicet conuersum. Iam vero prælibatum Thessalonem, ut diximus, primò fuisse Ducem Bauariæ ex nobili prosapia oriundum, videlicet filium sororis Caroli Magni, quondam Imperatoris didicimus. Qui Domino fideliter deseruens in Cœnobijs construendis, ut potè patet in Chiemensi Ecclesiæ sanctæ

DE RELIGIOSISSIMO THASSILONE

sanc*tæ* Mariæ, Ordinis S. Benedicti, & in aliis pluribus cœnobij*s*, defensorémque Viduarum & orphanorum judicem strenuum, in Eleemosynis largum. Hic verò deuictus precibus jam dicti Caroli Imperatoris auunculi sui, ad debellandum Longovvardos proficisciens, cunctisque inibi prosperè succedentibus, genti jam supra nominatæ, ab Imperatore in Regem præficitur. Qui etiam heu postmodum consilio incolarum illius terræ deprauatus, auunculo suo Carolo Imperatori se opposuit. A quo non post multum temporis elapsum, in prælio publicè cum suis deuincitur, vinculis mancipatur, & per duarum peluum ignitarum inspectionē excæcatur. Qui pœnitentiā ductus ad petitionem principum absolvitur, & liberè quocunque diuertere vellet, ire permittitur. Iam verò bonæ memorie dictus Theffalo, ob spem futurorum prospera cuncta mundi despiciens, Laurissam deuenit, ibi sub specie pauperis, habituq*u*; Religioso, & ab omnibus ignotus, v*sq*; ad extreum vitæ suæ terminū permanxit. Post multorum verò annorum curricula, jam sæpè super dictus Carolus Imperator auunculus ejusdem Thessalonis ad Ecclesiam Laurissensem peruenit, ibique vñā noctium more solito orationi vacans, Thessalonem lumine carentem, per manus angeli de arâ ad aram, cum summâ reuerentiâ, deduci videt. Imperator summo diluculo consurgens, patrem Ecclesiae aduocat, diligentè quæsciscitatur, quis nam sit, cui tanta beneficia ab angelo impensa fuissent, qui se ignorare respondit. Sequenti<sup>q</sup>; nocte Abbas vñā cum Rege beneficia prælibato Thessalonis ab Angelo impensa videre promeruit. Cum verò Dominus creator, reformator, & remunerator omnium, hunc famulum suum post longam carnis macerationem, voluntariam paupertatem, nec non laudabilem vitam de hoc sæculo nequam eripere decreuisset, febre corripitur, & à viris religiosis corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi procuratus, sanctoq*u* oleo inunctus, contestatus vitæ suæ originem illis innotescere. Qui grauiter suspirans singula per ordinem eisdem enarravit. Hic verò consuetis orationibus insistendo, feliciter migrauit ad Dominum. Ad cujus tumbam Dominus per merita famuli sui, cunctis eius auxilium implorantibus, quām plurima beneficia v*sq*; in præfens partiri non dedignatur, horum beneficiorum testimonium perhibent in Laurissâ adhuc super venientes. Hæc tabulæ Laurissenses; plura qui super eadem re quærerit, Belforestium VVionem, Eifengreinum, alios adeat.

*lib. 5. p. 532.*

*¶ 333.*

*Anno Chr.*

*CCCLXXX*

*III.*

Nunc M. Velserum Thassilonis accusationem, damnationem, veniam, religionem, pœnitentiam, finem vitæ, multò aliter ac ab alijs

alijs dictum est, narrantem audiamus. Luctuosus rei Boica annus subsequitur. Efferatior in dies Luitpurga, acuebat enim iras petitæ obtentæq; venia indignitas mirum in modum, maritum vsque muliebriter inculpare, mollitem ignauiamque obijcere, qui seruitutem sub umbrâ fæderis pati paratus, nullo vindicta, ne libertatis quidem desiderio angeretur. Neque ille perpetuis Conjugis querelis, ut erat vxorius, diutius repugnare sustinens, jam noua consilia coquebat. A quibus populares vehementer abhorrente, proximo tumultu expertus, eo descendit, ut nec Hunnorum inimicissimæ Bojs gentis opem aduersus Francos implorare dubitaret. Quamquam minus hoc, illud altioris indignationis, & impotentissimi animi indicium, quod admonitus periculi, quo obsides & Theodonem in primis involveret, auditus profiteri, se facile decem etiam Theodorum capita, si totidem dentur liberi, infirmando Francico fæderi impensurum, quo ut se teneri patiatur, ne proprie quidem salutis aspectu adduci posset, nam ut nunc res habeat, mori quam vivere utique satius ducere. Ab Hunnis auxilia prolixè promissa, nulli in tempore refuere vñi. Cum enim Carolus Thaſilonis cæptum non falleret, quod dicta factaque ejus multa, quæ non nisi ab inimico & irato profici posse, emanassent. nihil moratus, concilium Ingelhemum indixit: Franci, Boj, Longobardi, Saxones, ceterique prouinciales conuenere. Thaſilo accitus, nihil adhuc parati habens, se judicio necessario exhibet. Ibi Bojorum potissimum testimonijs premitur. Obiectum, quo tempore superiori anno Regi fidem jurejurando astrinxerit, aliud ore promiscum, aliud pectore habuisse conditum, nam & suos monuisse, qui conceptum verbis vna jurârint, mentem eodem modo injuratam gererent. Additum de pactione cum Hunnis inita, de insidijs amicis Regijs structis, de vocibus ad violationem fæderis spectantibus, non perplexè jactis. Quorum omnium Luitpurga fons & caput sit. Aemilius Vitechindum Saxonem, acerrimum Francici nominis hostem receptum, frustra adiicit, Vitechindus quippe ad Normanos, hoc est Danos profugit, itaque Normanos absurde Noricos interpretatus, eosdem Bojos censuit. Cum nullum accusationis caput negaretur, concilium præterea in memoriam rediret, Exercitus ante annos viginti quatuor Pipino Rege, ab eo deserti, quod ipsum (Heriscliz Francorum leges appellant) capitale haberetur, reus confessus manifestis omnibus sententiis, acclamacione damnatus est. Intercessit Carolus. Lenem animum respectus viciſtudinis sortis humanæ subiit, & miseratio Principis nuper florentis, longè supra eos, qui nunc de ipsis capite judicarent, tum propinquatus etiam maxime jus valuisse, proditum. Accidentem ad genua, neque jam quidquam excusantem, quam rebus ipse suis conditionem dicat, quod porro vñit genus instituere cogitet, interrogat. Ille Cœnobio condi suppliciter orat, actæ etatis delicta inter Monachorum choros lachrymis piatus. Assensum. Habitum vna cum filio attonitus mutat. Laurissa vtrumque accepit, Monasterium in Rheneri pago, ut tum loquebantur, à Cancore Comite ante annos amplius viginti edificatum, nam qui Laureacense ad Danubium malunt, quod Thaſilonem struxisse aiunt

DE RELIGIOSISSIMO THASSILONE

aiunt, nominis similitudine decepti errant. Nunquam fidem habuisset Carolus, quantumlibet Monacho, in Boica ad Hunnorum fines degenti. Eginhardus diserte euocatum, non permisum redire narrat. Et sepulchrum Laurisse visitur. Neque illi aduersus magnorum auctorum testimonia audiendi sunt, qui pugna vi-  
etum, captum, objectu ignitarum peluum cæcatum tradunt. Reliquum vita-  
tam religiose Amoinius egisse scripsit, quam lubenti animo Monasterium ingre-  
sus fit: dubia apprime & anticipi sententia; sed quam domestici annales opportu-  
ne in commodiorem partem interpretantur, nimirum cluisse benefactis superiores  
maculas, & propitiando Numini assiduam aede operam nauasse, ut mortui eiu-  
am monumentum signis diuinitus editis illustratum claruerit. Quod, quoniam se  
religioni lubens multumque precatus mancipauit, et si sero, atroci & difficulti suo  
tempore, profecto ab Amoinij oratione non abhorret; nec a cetera quidem Thasi-  
tonis pietate, nisi quâ illum odiū in Francicum nomen transuersum egit, discrepat.  
Exitus Agilolfingorum imperij is fuit, anno ducentesimo octogesimo postquam Theo-

\* Idem tam in VI. Baci. Guel. do primum pedem in Boica posuit: Stirps inter Germanicas sine controversia vctusq[ue] sima & nobilissima in cognomine Theodone Thaſilonis filio extincta est.

Bosc. Guelo  
fosi inde  
natos stra-  
dit.  
Nos alia quoque de eodem subiçiamus. ★  
Thassilo nunquam fuit Longobardis Rex præfектus à Carolo,  
p. 319. vti quidam prodidere: Quod quidam (inquit suprà M. Velerus)  
fidem & auctoritatem veterum nihil reueriti, Thassilonem Longo-  
bardis à Carolo præfectum, atque a deo Regem appellatum prodi-  
re, eos perspicue ineptire, neque tam vana, quam absurdā & stulta  
scribere compertum, qui dictis refutentur, dignos non habeo.

*An. Chr.  
DCCCLII* Cæterum Thassilo extra omnem controuersiam religiosissimus seu rex ( nam & regium sibi nomen usurpauit ) seu Princeps fuit. Natus eodem anno, quo Carolus Magnus, quem matrem Bojam habuisse ferunt, quarto decimo anno rudimentum Martis in Pipini castris posuit, proximo anno se, gentemque totam in Pipini cli- entelā dedit, quē altero & vicesimo deseruit, nescio quomodo vel à Pipino, vel officijs aulicis offensus, & rupto primū foedere domū ad Utironem patrem refugit, vxorem dein Luitpurgam Desiderio Longobardorum Rege natam, duxit, cūm annum ageret octauum supravigesimum. Succepit ex cōjuge geminos virilis stirpis liberos, Gunterum, ab apro in venatione interemtum, & Theodonem stirpis vltimum ab Hadriano pontifice Romæ sacro fonte lustratum; tanta fuit Thassilonis pietas, vt ipse filium Romam portaret, vt à summo orbis parente Christianis sacris imbueretur. Hoc verò offendit Thassilo, quod pactis non steterit cum Pipino & Carolo Magno initis; quin & arma contra mouere Luitpurga instigante s̄p̄ius conatus, tandem regno & potestate exutus, reusque Maje- statis

statis veniam cā conditione impetravit, vt in Monachum attonsus priuatam cum filio vitam coleret. At pietas aduersus cālestē Numen & omnes cālites fuit in Thassilone singularis: quis ex Bojorū principibus plura cōenobia condidit, quis desita instaurauit, Thassilone? ille Cremissam, ille Thierhauptum, idem Matseum, Chiemseum geminum virorum ac Virginum à fundamentis excitauit, idem S. Valentini sacrum corpus Tridento Bataua, S. Corbiniani Mays Friesingam, B. Viuilonis Laureacensis Archiepiscopi Bataua sumā cum religione transtulit, Bataua ciuitatem Episcopo cum fundis & prādijs amplissimis consecrauit, Salisburgensem Ecclesiam donis plurimis auxit. Denique vitam Laurissae nobili Cōenobio humili teētus cultu sanctissime finiuit. Cui si scriptores Francici fuēre paulò iniquiores, mirum videri non debet, cū Thassilo regibus blandire nollet, & patriam in libertatem afferere conaretur. Quod si non potuit, magnis tamen extitit ausis, quem vti inter diuos relatum non legimus, ita Cōenobiorum monumenta, quae sanctum testantur, non infirmamus, quem inter Diuos cultum etiam Auentinus tradit.

\* Arnoldus VVion, quem suprà laudaui, in hāc verba de Thassilone s̄cribit. In cōenobio Laurissensi depositio S. Thassilonis, vltimi Banarie regis, qui cum oblaſa Maiestatis crimen a Carolo Magno Franciae rege, in cōenobium S. Nazarij intrusus, cum filio Theodone fuisse, de necessitate virtutem sibi parans, in habitu fratris laici, quod ob senium sacerdotio effet inidoneus, Christi humilitatem & paupertatem in tantum studuit imitari, ut post mortem innumeris clarus miraculis albo meruerit Sanctorum adscribi.

Thassilonis Regis) Ex ejus Epitaphio hujus hodie natalem adnotauimus. Exstat autem (ut refert Michael Eysingerus, in primā partis Thesauri principum paralipomeno) in antiquo Codice foundationis Krembsmonasteriensis cōenobi, unico disticho totam ejus vitam referens, quod tale est:

Thassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad imum,

Idibus internis deceperat iste Decembris.

De codem agunt, Otho Friesingensis, chro. l. 5. c. 29. Albertus Abbas, Stad. in Chron. ad annum 788. Belfore. filius in Coymogr. in descriptione Banarie: & Annales Francie, lib. 2. c. 13. ubi de ejus sanctitate & miraculis ab eo factis luculenter differit. Cōenobium Laurissense S. Nazarij non procul à VVormatiā intravit anno 788. quo tamē anno ex hac vita migraverit, non proditur ab Historiis. Hāc ex Arnoldo Vione. Ego nullas Pontificum tabulas legi, in quibus Thassilo Sanctus pronunciatur. Cratepolius, Vion, & alij hoc genus scriptores ut sanctum laudant; ad quorum sententiam nec accedo, nec recedo, Thassiloni nomen Sanctitatis abrogare non possum, imponere non audeo.

lib. III. pag. 308. a. a. fin.

\* Ex Mar. tyrol. Mo. nult. Eadē. diuina.

## DE RELIGIOSISSIMO THASSILONE

aiunt, nominis similitudine decepti errant. Nunquam fidem habuisset Carolus, quantumlibet Monacho, in Boicā ad Hunnorū fines degenti. Eginhardus disertē euocatum, non permisum redire narrat. Et sepulchrum Laurissæ visitur. Neque illi aduersus magnorum auctorū testimonia audiendisunt, qui pugna vi-  
etū, captū, objectū ignitarū peluī cæcatū tradunt. Reliquum vita-  
tam religiosè Atmoīnius egisse scripsit, quām lubenti animo Monasterium ingre-  
sus sit: dubiā apprime & ancipiū sententiā; sed quām domestici annales opportu-  
nē in commodiorem partem interpretantur, nimirū eluīsse benefactis superiores  
maculas, & propitiando Numini aſiduam adeò operam nauasse, vt mortui ei-  
am monumentū signis diuinitus editis illustratum claruerit. Quod, quoniam se  
religioni lubens multūque precatus mancipauit, et si serō, atroci & diffīcili suo  
tempore, profectō ab Amoinij oratione non abhorret; nec à cetera quidem Thassi-  
lonis pietate, niſi quā illum odium in Francicū nomen transuersum egit, discrepat.  
Exitus Agilolfingorum imperij is fuit, anno ducentesimo octogesimo post quā Theo-  
do primum pedem in Boicā posuit: Stirps inter Germanicas sine controuersiā ve-  
tustissimā & nobilissimā in cognomine Theodone Thassilonis filio extincta est.

\*Idem ta-  
men in VI.  
Boic. Guel-  
fus inde-  
natus tra-  
dit.

Nos alia quoque de eodem subiçciamus. \*

Thassilo nunquam fuit Longobardis Rex præfectus à Carolo,  
p. 319. vtū quidam prodidere: Quod quidam (inquit suprà M. Velserus) fidem & auctoritatē veterū nihil reueriti, Thassilonem Longobardis à Carolo præfectum, atque adeò Regem appellatum prodidere, eos perspicue inēptire, neque tam vana, quām absurdā & stulta scribere compertum, qui dictis refutentur, dignos non habeo.

Cæterū Thassilo extra omnem controuersiam religiosissimus  
seu rex (nam & regium sibi nomen usurpauit) seu Princeps fuit.  
An. Chr.  
DCCXLII  
Natus eodem anno, quo Carolus Magnus, quem matrem Bojam  
habuisse ferunt, quarto decimo anno rudimentum Martis in Pipi-  
ni castris posuit, proximo anno se, gentēmque totam in Pipini cli-  
entelā dedit, quē altero & vicesimo deseruit, nescio quomodo velā  
Pipino, vel officijs aulicis offensus, &rupto primū fœdere domū  
ad Vtilonem patrem refugit, vxorem dein Luitpurgam Desiderio  
Longobardorum Rege natam, duxit, cūm annum ageret octauum  
supra vigesimum. Suscepit ex cōjuge geminos virilis stirpis liberos,  
Gunterum, ab apro in venatione interemtum, & Theodonem stir-  
pis vltimum ab Hadriano pontifice Romæ sacro fonte lustratum;  
tanta fuit Thassilonis pietas, vt ipse filium Romam portaret, vtā  
summo orbis parente Christianis sacris imbueretur. Hoc verò of-  
fendit Thassilo, quod pactis non steterit cum Pipino & Carolo  
Magno initis; quin & arma contra mouere Luitpurga instigante  
ſæpius conatus, tandem regno & potestate exutus, reusque Maje-  
ſtatis

statis veniam cā conditione impetravit, vt in Monachum attonsus priuatam cum filio vitam coleret. At pietas aduersus cālestē Numen & omnes cālites fuit in Thassilone singularis: quis ex Bojorū principibus plura cōenobia condidit, quis desita instaurauit, Thassilone? ille Cremissam, ille Thierhauptum, idem Matseum, Chiemseum geminum virorum ac Virginum à fundamentis excitauit, idem S. Valentini sacrum corpus Tridento Bataua, S. Corbiniani Mays Frisingam, B. Viuilonis Laureacensis Archiepiscopi Bataua sumā cum religione transtulit, Bataua ciuitatem Episcopo cum fundis & prādijs amplissimis consecrauit, Salisburgensem Ecclesiam donis plurimis auxit. Denique vitam Laurissae nobili Cōenobio humili teētus cultu sanctissimē finiuit. Cui si scriptores Francici fuēre paulò iniquiores, mirum videri non debet, cūm Thassilo regibus blandire nollet, & patriam in libertatem asserere conaretur. Quod si non potuit, magnis tamen extitit ausis, quem vti inter diuos relatum non legimus, ita Cōenobiorum monumenta, quāe sanctum testantur, non infirmamus, quem inter Diuos cultum etiam Auentinus tradit. \*Arnoldus VVion, quem suprà laudaui, in hāc verba de Thassilone s̄cribit. In cōenobio Laurissensi depositio S. Thassilonis, vltimi Banarie regis, qui cum oblaſa Maiestatis crimen a Carolo Magno Franciae rege, in cōenobium S. Nazarij intrusus, cum filio Theodore fuisse, de necessitate virtutem sibi parans, in habitu fratris laici, quod ob senium sacerdotio esset inidoneus, Christi humilitatem & paupertatem in tantum studuit imitari, vt post mortem innumeris clarus miraculis albo meruerit Sanctorum adscribi.

Thassilonis Regis) Ex ejus Epitaphio hujus hodie natalem adnotauimus. Exstat autem (vt refert Michael Eysingerus, in primā partis Theauri principum paralipomeno) in antiquo Codice foundationis Krembsmonasteriensis cōenobi, unico disticho totam ejus vitam referens, quod tale est:

Thassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad imum,

Idibus internis deceperat iſte Decembris.

De codem agunt, Otho Frisingensis, chro. l. 5. c. 29. Albertus Abbas, Stad. in Chron. ad annum 788. Belfore. filius in Coimagr. in descriptione Banarie: & Annal. Francie, lib. 2. c. 13. ubi de ejus sanctitate & miraculis ab eo factis luculenter differit. Cōenobium Laurissense S. Nazarij non procul à VVormatia intravit anno 788. quā tamē anno ex hac vita migrauerit, non proditur ab Historiis. Hāc ex Arnoldo Vione. Ego nullus Pontificum tabulas legi, in quibus Thassilo Sanctus pronunciatur. Cratepolius, Vion, & alij hoc genus scriptores vt sanctum laudant; ad quorum sententiam nec accedo, nec recedo, Thassiloni nomen Sanctitatis abrogare non possum, imponere non audeo.

lib. III. pag. 308. a. a. fin.

\* Ex Mar. tyrol. Mo. nult. Euseb. ditione.

DE B. RATHARDO PRESBYTERO.

B. R A T H A R D V S

P R E S B Y T E R.

1000.  
Ex mem-  
branu Da-  
masiani  
Canby  
bodie Dief-  
sen.



Nno post receptum à Christo genus humanū, quinquagesimo supra octingenteū, Ludouico Pio Caroli M. F. rerum potente, B. Rathardus ex nobilissima & sanctissima Andecensium Principum familiā natus, sacrisque Sacerdotij initiatus, hæredem bonis suis ex asse Christum relicturus, à quo hæres olim æterni regni scriberetur, auctore Hautone germano fratre, pontifice id æui Augustano, ad Damasiam in B. Rathonis gestis laudatam, ædem S. GEORGIO Megalomartyri sacram instituit, eamque S. Augustini Sodalibus, qui locum hodiéque colunt, adjuncto domicilio assignauit. Ipse post exercitam in omni virtutis genere vitam, eodem loci defunctus, humili tectus cippo, ad extremum templi angulum humatus est; quamquam virtus sanctorum virorum sepeliri cum cineribus non possit, statim enim ex beneficijs passim ad conditorum ejus currentibus præstis, se se viri sanctitas veluti solis ab aurorâ relucens jubar diffudit. Interim Norici princeps Arnolphus cognomento malus, quod ab impijs factis illi nomen adhæsit (quamquam alij aliter tradunt) per omne Noricum, Vindeliciā, & Boicam ferro flamāq; grassatus, omnia fædis populationibus & rapinis impleuit, sacrâque profanis, profana sacris homo nomine Christianus, re omnibus paganis profanior, permiscuit, cœnobia ædésque sacras minimè paucas cùm virorum sanctorum, tum sacrarum Virginum alias fædè vastauit, alias funditus euerit. In quam sortem & B. Rathardi asceteriū venit, quod vna cū B. Rathonis, seu Rassonis V Verdensi solo æquauit. Sublato Arnolpho, cùm domus B. Rathardi haud paruo tempore in situ & squalore jacuisset, Vdalricus quidam & Adelbertus è sanctorum virorum censu presbyteri animum adicere ad B. Rathardi ædem instaurandam, qui dum ruderā & aream purgant, solūmq; adæquant, ac terram jaciendis fundamentis aperiunt, in grande saxum incidunt, mirati, quo casu in eum locum delatum esset. Tumulus erat B. Rathardi jam olim post euersum templum ignoratus, & cum ipso templo ead; ruinâ ipsum quoque sepulchrum B. viri sepultum. Presbyteri dum saxum moliuntur, nec quicquam tamen, quamuis à multis adjuti proficiunt. Vdalricus ad consilium numinis per preces & vota confugit, diuinâquere sanctissimè

## B. RATHARDVS PRESBYTER.



Fundamenta locat VIRTVS celestibus aris:  
Diruit ARNVLPHI, grande locata scelus.  
Tempus edax, iterum surrecta sacraria soluit:  
Tertia iam moles non ruitura manet.

Nam DIVI portat iam Lipsana sacra RATHARDI,  
Firmius ac olim fessus Olympen ATLAS.  
Puluis aroma halat, spirant sacra pignora nardum,  
FLOS IPSVM NUMEN VIRGINITATIS OLET.

P 2

sanctissimè

DE ALKANTAPOLYSPALIA

8 RATHYRDAZ. PFERBUTTER



sanc*tissimè* peracta; redit ad molem saxy, solusque nullo negotio leuat, quam antea complures mouere nulla ratione poterant. Vdalricus dum jacentis ceruicem intuetur, spectaculo territus, attonitusq; clausam reliquit, quoad diuinitus per visum nocturnum admonitus, remoto cippo sacras B. Rathardi exuias, caelestes passim odores spargentes nudauit, debitaque veneratione prosecutus est. Adrepsere inde ægri, & inter hos captus omnibus propè membris & distortis pedum cruribus ad paschales ferias, emendatique corporis vitio sanus erectusque domum lætus recurrit. Hartvicus inde præsul Cœnobij, sacros Rathardi artus ex angulo templi in medium prolatos honoratiore tumulo collocauit. Ædem instauratam Anselmus antistes Hauelburgensis bona Pontificis Augustani VValteri venia, ante annos quingentos, c 15. inquam centesimo quarto, decimo, vi. Idus Sextiles dedicauit. Stetit inde quatuor propè sœculis, annos trecentos, octoginta ad alterum & vicesimum loci præsidem & præpositum Conradum, qui animaduerso fatiscentium parietinarum vitio, veritus templi totius proximam ruinam, laborates vultate muros demolitus est, ædemicque à fundamentis excitauit,

Rathardique cineres honesto sarcophago clausos altari medio intulit, vbi hodiisque ab accolis religiosissimè coluntur.



DE S. EBERHARDO  
S. E B E R H A R D V S  
SIVE ERHARDVS  
OPILIO AD FRISINGAM.

Ex literis  
E monu-  
mētis Fris-  
singensis  
conchy ad  
S. Petri.  
Nova Cel-  
la.



Vamuis neque sēculum, neque annum potuerim deprehendere, quo S. Erhardus, quem fortuna pecoris custodem fecit, vixisse potuit; ex tabulis tamen Romanis, quæ de æde S. Michaelis, vbi conditus est Eberhardus, cognosci potest, virum sanctum fuisse, cūm sanctus in ijsdem appelletur. Quæ porro de eius rebus dīdici, malo ad verbum ex literis ipsius Coenobiarchæ religiosissimi R. D. Petri ad Serenissimū MAXIMILIANVM Bojorum principem prescriptis, subiçere, quod id ad fidem faciat, quam præter auctoritatem hanc, desideramus.

In filiali quadam Ecclesia Monasterio huic unita, & D. Michaeli Archangelo sacra, vulgo in Dūntenhausen, cuiusdam etiam Sancti, nomine Eberhardi habetur sepultura, qui, ut & ejus fert effigies, pecudum pastor in eodem pago fuisse dicitur. Ejusdem sepulchrum sere indies adhuc frequentatur, cūm a vicini-  
tum etiam a remotius distantibus. Terra quoque ex tumulo sancto studio eruitur,  
ac domibus & pecorum stabulis importatur, jumentisque contra venenatas ac  
contagiosas lēsiones applicatur, ut hoc ipsum non paruum miraculum censi pos-  
sit, quod tam continua effosionis tumuli angustia sufficiat. Quia verò sanctus il-  
le multo ante, quam ab Episcopo quodam Frisingensi Ecclesia illa Monasterio do-  
nata est (ut ex Apostolicis quibusdam Bullis Ecclesiam illam concernentibus,  
in quibus & ipse Sanctus vocatur, conicipotest) ad cœlestia migravit, idcirco nec  
dies obitus, nec annus nobis constat; celebrior tamen circa festum D. Michaeli  
eius veneratio & memoria habetur. Multa alia miranda celebrant  
accolæ agrestes, quæ hic non colloco, cūm sine  
testibus ferantur.



S. EBERHAR-

B. EBERHARDVS PASTOR.




33.

P. Canda.

Gens dilecta Deo pastor, sua si bona norit,  
Pro crescente hedera cum diadema tulit.  
Nonne gigantem prostravit fulmine monstrum,  
Et stratum funda perculit ense caput?

Nonne fuit partus diuinū conscius idem?  
Audijt et superos nocte nitente choros!  
O Felix EBERHARDVS gregis dux, ihs ad Agnum;  
Atq. inter sanctos sanctior agnus eris.

P 4 B.RASSO



## B. RASSO.




Quid sibi vult nostri sub principis icone Rasso?  
 An mens illius, fruus in ore sedet?  
 An veluti genitus, sic est cognatio vultus?  
 Namq. nepos veteres sape imitatur avos.

Vna in viris fuit pietas, et principe virtus!  
 Et posuere ambo limina sacra Deo!  
 Da Sator et iusti regnator maxime celi,  
 Si labor amboibus par fuit, ut sit honor.

B. RASSO

DE M. XANTHONIA

B. RASSO



OBELIS

B. RASSO seu RATHO  
ANDECENSIS, PRÆFECTVS  
LIMITI ORIENTALIS BOICÆ.

**R**ASO hodie, olim Ratho, Boijs *Graf Rhat* ex nobilis  
simâ stirpe dynastarum Damasianorum in Boicâ, pro-  
fectus. Est Damasia (quam Strabo *πόλιν γένεται πολινήν*  
taw, Licationum seu Vindelicorum urbem & arcem  
appellat) hodie Cœnobium S. Augustini nomini de-  
dicatum (Boijs Diessen) olim arx & ciuitas. Inde na-  
tus est RATHO seu RASSO, cuius majores Andecenses fuere. Fuit An-  
dexarx ex-aduersum Damasiam, hodie MONS SANCTVS, totâ Germa-  
niâ ob cineres Sanctorum ibi maximo numero conditos (de quo  
alibi diximus, dicemusque) inclitus. Rathoni cum sorore Hatâ, ma-  
tre S. Conradi Pontificis Constantiensis, pater fuit Rathbotho: huic  
Ratholdus, caput gentis Andexianæ, quem Arnulpho Cæsare  
(haud scio, an verè) natum tradunt. Ratho tetrarcha Bojorum, cu-  
rabat limitem, qui ad orientem pertinet, & hodie Austria est, vir in-  
gens, & staturâ tam procerâ, vt communem hominis modum ex-  
cederet, vtì saxum ad modum corporis ejus factum ostendit. Ratho  
cum Iudithâ Henrici principis Bojorum & Saxonum coniuge, Ar-  
nulphi seu Arnoldi mali filiâ, Hierosolymam adiit, indéque ma-  
gnos rerum sacrarum thesauros secum detulit; ædem sacram Chri-  
sto & Christi per orbem nuncijs Philippo & Iacobo ad Ambronem  
in superiori Boicâ condidit; contubernium in S. Benedictileges ju-  
ratis adjecit, ipséque pars ejus familiæ factus, sacra ex Palæstinâ mo-  
numenta allata ibi reposuit, ac beato pôst fine conquieuit. corpus  
ibidem in mausoléo conditum, hodiéque maximâ populi quotan-  
nis frequentiâ colitur, innumerisque votis, prodigijs, & anathema-  
tis celebratur, quamuis sacræ Diuorum reliquiæ cum ipsis religiosis  
ad MONTEM ANDECENSEM migrarint, cum reuersus in Boicâ Hun-  
nus Cœnobium solo æquauit, ab Othono Imperatore in campis  
Iycatijs ad internectionem deletus. Dum hæc ex chartis Andecensi-  
bus depromo, SIMON Damasiani cœnobij religiosissimus antistes,  
membranas ad me transmittit, in quibus res à B. Rathone gestæ co-  
piosè descriptæ leguntur; sed quia nonnulla mendosa in ijs depre-  
hendi, quæ cum reliquorum scriptorum fide non conueniunt, tan-  
quam incerta prætermittenda duxi, ne certa etiam labefactarent.

Circum-

RECEPTR.  
XV. Cal. Iul.  
Lij obij.  
Membran  
na Damas  
sians Cœ  
nobis, suo  
Diessenis.  
Ch. Am  
decense.  
Aventinu  
pap. 495.  
Hundus  
pag. 283  
Vita edita  
patr. linea  
guado

DE B. RASSONE.

Circumfertur ejusdem vita patriâ linguâ Monachij edita, sed & in illa agnoui multa castigatione digna, quæ melius alibi excutientur. Quod, inquam, cum Imperatore Hierosolymam coperit; quod cum Henrico Othonis Magni fratre, ob partam ex Hunnis victoriam, statuâ equestri Maurkirchij sit celebratus; & hoc genus alia, quæ quâm procùl à verâ ratione sint repulsa, temporum ratio docet. Neq; enim statuæ illæ Rathonem; sed Gualterum Hoiensem, & Hericum Aucupem ex imaginum insignibus produnt: contrâ, quâm Auentinus, Hundius, & alij prodiderunt. Aucupis, vt Regis Romanorū, aquila est insigne regium; Crux atra in albo clypeo dynastarum Hoiensium. Henricus Aucupis filius nunquam gestauit aquilam, cùm Rex nunquam fuerit. Neq; Ratho crucem atram in albo campo. Andecensium imagines gentilitiæ feruntur, aquila cum imminente illi Leone. Interim non imus negatum, Rathonem ingentem fuisse cùm ducem, tum militem, cùm illâ tempestate Pannones Austriam, quam Ratho prætor rexit, assiduis excursionibus vexaré. Accedit Rathonem equestribus ludis præfectum fuisse, regémque ludicrorum certaminum appellatum. Quod illi munus etiam arma induit. Nos cæteris, vt humanis & fugacibus, neglectis, tanti herois religionem admiramur, vtinam & imitemur. Statuarum equestrum imagines vitæ B. Rathonis appressæ nullam habent aquilam; sed Henricus Rhombos Boicos; Ratho crucem in clypeo & signo. Ego illos Maurkirchenses coram non aspexi. Has vulgò creditas Henrici & Rathonis spectandas subjicio.



HENRICVS DVX BAVARIAE.

B. RASSO.

In membranis Diessensibus multos Rathonis titulos honorum lego, quos necluet affirmare, neque lectori subducere : Sic enim tabulae Damasianæ.

Anno itaque gratiae nongentesimo quinquagesimo quarto currente, & Othono I. regnante obiit XV. Kal. Iulij RAZZO Comes Bauarie superioris, qui, ut Chronica montis Sancti Andechs testatur, his titulis functus est. Fuit namque non tantum Comes, sed etiam hereditario jure Comes PALATINVS RHENI, Dux MERANIAE, Dux BVRGVNDIAE, Dux FRANCONIAE, Dux SVEVIAE, Dux CARINTHIAE, ac Comes de GÖRZ, MARCHIO YSTRIAE, & DOMINVS Castris de Andechs. Hostitulos auctor vitae docet, cum Rathone extintos, nec Comites Andecenses, illos deinceps suis litteris præfixisse. Porro Scriptores, qui pro MERANIA reposuere MORAVIAM, regionum ignari, falsi sunt. Prouincia Meraniae Friderici Ahenobarbi, & paullo antea nominabatur regio illa, quæ olim fuit sedes Nariscorum, & postea dicta est Voitlandia. Merania Friderico II. discepta est in multas partes, cum heres virilis stirpis superesset nullus. Rapuit enim partem Pontifex Babenbergensis; aliam Heripolitanus; aliam Norimbergensis Toparcha. Andecenses dynastæ titulos à morte Rathonis non omnes posuere: dicti

plerique omnes ut Bertholdus & posteri, Duces

Meraniae, Carinthiae & Istriæ.



Q

S. VDAL.

DE S. V DAL RICO  
S. V DAL R I C V S  
EPIS C O P V S A V G V S T A N V S,  
IN BOICA NAT V S.

Sigebertus  
anno 1000  
XIII. marū  
tradit: alij  
1000X.  
mortuum  
1000CLXX  
III. Sigeb.  
1000CLXX  
VI.



Offeditur

zam en fa-  
cellum Dr-  
ricum, nemo signatē exprimit, præter Sigebertum. Petrus de Na-

vel natus,

talibus lib. vi. cap. l. i. n. nobilē Romanū appellat. Omnes ex Hu-

vel educat-

paldo Kyeburgensi dynasta, & Thietburgā ortum tradunt. Sed cùm

magna pars Bojorum in Dioecesi Pontificis Augustani jam olim ho-

tur. Ego

diéque posita sit, necesse est illum sàpè in Bauariam ad lustrandam

Sigebertū

sequor. alij

Pontificiam suam prouinciam excurrisse, muniāque pontifícia obi-

apud Hel-

nerios na-

tum tra-

dunt.

Martyro-

logia. Ber-

no. Surius

IV. Italij.

Breniarū

Augu-

Breniarū

Ambrosia-

num à S.

Carolo Bor-

romao ed-

tum. San-

di Augu-

stani. Hislo-

rici Dier-

marus,

VVitchin.

alij. Multa

etiam de

codem Ra-

veniss an-

naf.

ON extra fines instituti mei egredior, dum Germaniæ  
lumen, & omnium pontificum sanctissimum exem-  
plum V DAL RIC V M inter Sanctos Bojorum colloco;  
quando illi natale solum Boicafuit, vt auctor est Sig-  
bertus, cujus hæc narratio est. S. V Valdricus in Bajoariâ  
nascatur, annum tamen significauit tertium & nona-  
gesimum supra octingentesimum, cùm alij plerique omnes con-  
ditores vitæ ipsius, siue certi, siue anonymi annos natum affirment  
LXXXIII. cùm extremū vitæ diem clauderet, Christi anno CMLXXIII

Vnde efficitur editum 1000. Sigebertus sexto demum & septua-  
gesimo ejus mortem ponit, vt in ætate conueniant; non perinde in  
die illius natali & fatali. Locum patrij soli, qui natum exceptit Vdal-

ricum, nemo signatē exprimit, præter Sigebertum. Petrus de Na-  
vel natus, talibus lib. vi. cap. l. i. n. nobilē Romanū appellat. Omnes ex Hu-  
vel educat-  
paldo Kyeburgensi dynasta, & Thietburgā ortum tradunt. Sed cùm  
magna pars Bojorum in Dioecesi Pontificis Augustani jam olim ho-  
tut. Ego  
diéque posita sit, necesse est illum sàpè in Bauariam ad lustrandam  
Sigebertū  
sequor. alij  
apud Hel-  
nerios na-  
tum tra-  
dunt.  
Pontificiam suam prouinciam excurrisse, muniāque pontifícia obi-  
isse. Et sunt passim hodie in Boicâ vestigia illius olim præsentia, &  
cōque nomine inter Sanctos etiam nostros collocandus erat.

Quanquam à Principibus Bojorum & Palatinis haud parum, necra-  
rō fuerit vexatus, obsesus, & in vltima vitæ discrimina adductus,  
quod Imperatorum partes sequeretur. In gestis ejus denarrandis hic  
non ero prolixior, cùm passim omnium manibus terantur, & olim  
à Bernone ac alijs, & nuper Augustæ recens edita sint. Præcipua ejus  
virtus in pauperum cura, innocentia morum, summâ vietū frugali-  
tate, abstinentia carnium, componendis Principum dissidentium  
litibus, studio meditationum diuinarum, & publico cultu sacrorū  
spectata est; periculis quoq; pro salute publicā obeūdis, cùm in me-  
dium turbinem belli cum Othone Imperat. ingressus est. Miranda  
ipsius opera plura sunt, quam vt hic enarrentur: Anno CMLXXVI.  
(tertio alijs) obiit, inquit Sigebertus, S. V Valdricus Augsburgensis  
Episcopus, cujus vita qualis fuerit, mox miraculorum  
gloria patefecit.

S. V DAL-

S. VDALRICVS EPISC. AVGVSTAN. IN BOICA NATVS.



Boica te celo genuit, pia Rhetia foulit,  
Pontificem rapuit, Vnde Lycisq; suum.  
Nomen VDALRICO est, satis est, iam cetera nouit,  
Teutonico quisquis natus in orbe fuit.

Stant augusta tuis Augustae munera votis:  
Viuunt et vice munera mille tuae.  
Prisca fides, pietasq; vocat te Dñe parentem;  
Quos tibi dat natos lux hodierna Pater?

Q 2

S. VVOLE

2 ADVERTIREZ EPIZ. VACASIAN. IN BOLG. NATUR.

S. VVOLFGANGVS EP. RAT.



Henrici pietas qua creuerit arte requiriſ?

VVOLFGANGVM huic caeli rex dedit artificem.

Integra ſi nescis quid proſit vita Magiſtri,

Inclita diuini Cesaris acta lege.

Sic populos, ſic ille duos, ſic imbuſt ipsam.

Aetatem, que ſpes posteritatis erat.

O sator imperij VVOLFGANGOS mitte trecentos,

Si vis Henrico ſurgere mille pares.

Q 3

S. VVOLF-

2. VORTRÄNGS, IR. RAT



2. VORTRÄNGS, IR. RAT

## S. VVOLFGANGVS

E P I S C O P V S

R A T I S P O N E N S I S .

**W**OLFGANGVS ab illustri sanguine dynastarum in <sup>15. cc. et c.</sup> Sueviâ stirpem traxit, patrémq; habuit Comitem Pful-  
 lingarum ex castro Ahalmiano, quod haud procul est  
 oppido Reutlinga, matrem Gertrudem Veringanam  
 eiusdem nobilitatis fæminam, ipse Vuellenburgi seu  
 VVeltenburgi Rhætorum arce, prius quàm in lucem ederetur, per  
 illustrè fidus stellæ matri sub nocturnam quietem diuinitus signifi-  
 catus est, quod prodigium non aliud notabat, monebátue quàm  
 futuram filij claritudinem, sanctitatis famam, & excellentiam do-  
 cetrinæ. Nam statim à natali septimum annum ingressus, cœpit in  
 cultu literarum dare specimen indolis, quà spem faciebat fore vt  
 olim gentes populosque pro sacro tribunali doceret: adeò mature  
 atrum hoc lucere cœpit, quod in dies maius & illustrius iubar ex se  
 fundebat. Augiam diuitem missus est primùm ad ingenium opti-  
 mis disciplinis excolendum; nam per eam tempestatem nobilissi-  
 mum & amplissimum Cœnobium Augiense & opibus florebat, &  
 studijs, aliaque pleraq; præstabat, & quod caput est, religiosis institu-  
 tis maximam sibi per omnem Germaniam auctoritatem concilia-  
 rat, ex quo, velut ex magnorum patrum senatu, multi prodibât pon-  
 tifices prouinciales, quorum alij Constantiensem, alij Regino-  
 burgicam, alij Argentinensem Ecclesiam procurabant. Animad-  
 uertit in VVolfango felicem & docilem ad omnia naturam Hen-  
 ricus Popponis ad Heribolim antistitis frater, clarissimis Frâcorum,  
 Sueuorumque proceribus sanguinis propinquitate adnexus, eoque  
 se in intimam VVolfagi familiaritatem insinuauit, instititque ora-  
 re, & sèpius ac vehementius vrgere, vt secum vel inuitus Heribol-  
 lim ad sublimiores & cælestes literas discendas proficiseretur. Euo-  
 cârat iam antè Popo Stephanum ex Italiâ opinione eruditionis id  
 æui excellentem. Hunc cum audirent, & VVolfangus cælesti do-  
 cetore spiritu S. adiutus celerrimè arriperet, quæ ipse sapientiæ pro-  
 fessor non sine multo labore perdiscebat, antequam ad docendum  
 in cathedralm ascenderet. Incidit olim locus ex Martiano explanan-  
 dus, de quo inter condiscipulos concertatio extitit, quæ mens au-  
 toris

Q. 4

ctoris

*Vixit.*  
*Scriptores*  
*vita.*  
*Anonymous*  
*apud Surtu*  
*um ex MS.*  
*Lambertus*  
*Dietmarus*  
*Trithemius*  
*„*  
*Faustus Rö-*  
*mani* &  
*Germanus*  
*Crancus*  
*Handius*  
*Auëminus*  
*Aly, qui*  
*patris a voce*  
*scripsit.*  
*Et hoc sp. s.*  
*anno Ingol-*  
*ßadis Etia*  
*eiudem*  
*edita.*  
*Christophus*  
*rus Hart-*  
*mannus.*  
*Arnulphus*  
*comes.*

ctoris germana esset, nam ex Stephani verbis nemo poterat assequi intelligentiam, quæ studiosis veritatis faceret satis. Itum communi consilio ad VV Wolfgangum, qui nodos omnes adeò expeditè soluit, vt non citius Alexander Gordium ferro abrupisse crederetur. Sed enim quæ res VV Wolfgango apud æquales magnam collegit ingenij famam, ea apud Stephanum eundem in summo posuit odio, cùm sibi discipulum ab auditoribus præferri non obscuris signis deprenderet. Itaque illum persequi, obtrectare, laudes & virtutes ingenij per calumnias deterere, & quem in amoribus & admiratione habere debebat, perditum cupere. Quod vbi VV Wolfgangus sensit, apud doctos etiam inuidiam valere, nihilque sincerum & virtuti geminum in ipsis sapientiæ cultoribus doctoribusque æquè vitijs & artibus inferni hostis, quæm quemlibet è vulgo obnoxij, cepit consilium fæse ex hominum improborum consortio subducendi, vitæq; sanctioris inter religiosos viros amplectendæ. Sed his cogitationibus intercessit Henricus, VV Wolfgangi, vt dictum, familiaris, eo ipso tempore Treuirensi pontificatu auctus, qui VV Wolfgangum amplissimis honorum & stipendiiorum promissis ad opem sibi ferendam solicitauit, nec antea quicquam profecit, quæm Henricus illi non decurionatus, aut sacras præfecturas, sed juuentutem in scholis gratiis erudiendam committeret. Quod ille munus tam sanctè administravit, vt non solum animos adolescentiæ optimis literis imbueret, mores emendaret, vitiorum elementa eraderet, virtutes inscreveret; sed in opia circumuentos suis ipse copijs aleret, adeoque vitam juxta suis auditoribus suâ benignitate propagaret, eorumque animos cælo dignos per virtutem præpararet. Quæ res illum in summâ apud omnes existimatione posuit, mouitque Henricum, vt denuò VV Wolfgangum aggredieretur, ne majores honores vellet rejicere, non alio fine delatos, quæm vt collapsam sacerdotum disciplinam integritati suæ restitueret, ad quam nemo tum aptior ipso VV Wolfgango videretur essetque.

Ægrè tandem induxit obnitentem, nec aliâ mente obsequenter, quæm vt ne refractarius, & in suum presulem contumax existimaretur. Suscepto dein decurionis munere, ita se tractauit, vt vitâ mortuimque sanctimoniam omnibus esset documento, plûsque efficeret auctoritate nominis, quæm imperijs & præceptis. Sacer ordo antea vagus, solitus, & propè sine ordine degens, jam ad formam admodum coenobitarum vitam exigebat. Instabat his VV Wolfgangus opportunè, importunè, vt mali tremeret, boni amarent, omnes venerarentur. Inter hæc Henricus præsul Treuirensis ab hominum

cætu

cætu ad tribunal supremi judicis per mortem citatus, dedit occasio-  
nem VVolfango ad priora confilia vitæ priuatæ & religiosæ rede-  
undi. Sed Bruno Colonensis Archiepiscopus, vir ipsius VVolf-  
gangi testimonio summæ religionis, intercipere cœpta VVolfangi  
(qui se jam dignitate decurionatus abdicaret) inuitauit, omnibusq;  
rationibus apud se retinere institit. Cum perseuerantē in cœpto vi-  
deret, ne sancta ejus cogitata retardaret, faustis abeuntem votis pro-  
secutus est. quem parentes vltimâ senectute fessi, ingenti gratulatio-  
ne receptum complexi sunt, séq; tanquam beatos prædicabant, qui  
ante obitum filium, & talem filium superstitem viderent. Sed enim  
hoc illis gaudium (vt omnia humana breui finiunt) caducum fuit,  
subitōque in lacrimas vertit, cùm inteligerent filium id moliri, vt  
nomen, titulos, opes, hæreditatem, parentes ipsos, & spem poste-  
ritatis omnem abdicatus destitueret, & in sola loca, filias, aut certe  
apud religiosos viros se abderet, nouumque genus vitæ ordiretur.  
rogabant, virgebant, ne se spes vñica familiæ desertum iret, cogitaret  
ipius Dei, quem sequeretur, imperium esse, parentes in primis co-  
lendos; expectaret saltem fata parentum ante fores jam supremum  
illorum diem expectantia: ne se cogeret ante mortem mori. His &  
hoc genus pluribus, quæ caro & sanguis, atque in primis hostis re-  
ligiosorum cacodæmon suggerebat, fatigabant animum VVolf-  
gangi, cùmque à coeptis abducere nitebantur. Sed altiores egerat  
radices virtus VVolfangi, quām vt vllis parentum querelis aut la-  
mentationibus conuelleretur, vt qui probè nosset vocem Christi,  
*qui plus amat patrem, aut matrem quam me, non est me dignus.* Itaque erudi-  
to responso eo deduxit parentes, vt abeundi veniam illi libentes vo-  
lentes impertirentur, cum dixisset, magnas se gratias illis debere de  
singulari benevolentia, & hæreditate ex asse sibi assignata: se enim  
uero nullis opibus indegere, tali se principi in obsequijs fore, qui  
omnes reliquos potentia & copijs longè superaret. Rati parentes,  
vt hoc genus hominum non assequitur obliqua dicta sapientum,  
illum de nescio quo Imperatore aut Pontifice cogitare, ad cuius  
aulam se conferret, faustis omnibus abeuntem prosecuti sunt.  
Sed VVolfangus cæli terræque Dominum intelligebat, ad cu-  
jus castra à parentum complexu latus auolauit, contulitque se ad  
Meinradi in Helueticâ solitudine Cœnobium, hodiéque toto orbe,  
& maximè per Germanias terras summâ religione celebratū, quod <sup>A.C.</sup>  
nuper Christophorus Hartmannus vir eruditus & religiosus latinis <sup>968.</sup>  
literis eleganter illustrauit, primâque ab constitutæ ædis origine res  
ibidem

DE S. VVOLFGANGO

ibidem per præsides Monasterij gestas, Sallustiano calamo descripsit. Hic VV Wolfgangus comam vestemque posuit, & attonsus in verba S. Benedicti jurauit, oblitus se ex sanguine illustrium Comitum Pfallingensium, Veringanorum, Reidenfeldenium oriundū, in ordinem reliquorum redigi voluit, omnibusque singularia pietatis, subjectionis, & sanctimoniae documenta per exercitationem religiosam præbuit: ubi etiam ad decurionatum à reliquis euectus: quā tempestate S. Vdalricus pontifex Rhætorum Augustanus illuc religionis & veteris consuetudinis causā diuertit, repertumque ibi VV Wolfgangum, jam eruditionis & sanctitatis gloriā florentem, sacris initiauit. Exin impulsu numinis, animum ad barbararum gentium animos Christianā lege erudiendos contulit, pacēq; & commeatu à Gregorio Abbe cum socijs impetrato, Pannonias superiores & inferiores, omnēmque Bohemiam auspicijs D. Pilgrini, seu Peregrini Batauorum in Boicā Episcopi, quinque millia Vgrorum cælesti baptismatis fonte tinxit, Christōque transcripsit. Quāquam domestici annales hic non nihil variant, narrāntque nihil operē premium fecisse VV Wolfgangum apud Pannonas. Ego publicos scriptores fecutus, nihil sine teste commemoro. Pilgrinus seu Peregrinus, cognitā virtute VV Wolfgangi, apud Othonem alterum egit, vt pontifex Ratisponensis crearetur: qui cum consilio sacro Ratisponensis Ecclesiæ rem cō deduxit, vt consensu omnes in nomen VV Wolfgangi cō diceret, prēter ipsum VV Wolfgangum, qui se Gregorio Coenobiarchē Eremi subiectum testatus, sine ipsius consilio negauit posse infulam induere: Gregorius Antistes super cā re consultus Pilgrino reliquisq; auctor fuit, vt VV Wolfgangus in Pontificem Ratisponensem consecraretur. A Friderico demum Salisburgensi Archiepiscopo, gratulante Germaniā, & potissimum Boicā, Bohemiāque, quam Ratisponensis curabat, applaudente, solemnī religione consecratus est: qui mox animum ad mores religiosarum Virginum prolapsos adiecit, & Monasteria inferius superiusque appellata, emendare nequicquam institit; Virginibus Canonissarum prærogatiwas caussantibus, opera præsulis elusa est, donec nouo contubernio S. Pauli nouis tirunculis Christi excitato, nouisque legibus confirmato, optimo nouitium Virginum exemplo, veteres illæ suam viuendi libertatem & licentiam erubuerunt, volentesque subjectæ VV Wolfgango, correxerunt. Inde ad consilium Canonicorum reuersus, eosdem cum universo ordine sacro sanctis moribus instituit; demum populum ipsum magno concionandi, hortandi, visendi, curandique labore, non sine cælestium prodigiorum suffragatione, à prauis vitiorum corruptelis

*Aventin.  
Hundim.  
Annales  
Helvet.*

*A.C.  
972.*

corruptelis, ad Christianam disciplinam reuocauit. tantum in vniuersitatis virtute situm est, cajus nutum omnes sequuntur, cum exemplo ad recte sancteque viuendum prouocantur. Videant praesules, a quibus cælesti numen rationem subiectorum exigit, quomodo excusare velint aliena populi peccata, qui sua non poslunt. Hæc disciplina populi, sacrorumq; & ciuilium ordinum adeò celebrauit VVolfangi gloriam, vt ab omnibus velut vnuis è cælitibus in terram delapsus coleretur; qui popularis applausus adeò affixit animū illius, vt ad alpes Noricas, Falconem montem, saltumq; ad lacum Abernum pertinentē, haud procul Salisburgo confugeret, ibique totum quinquennium in vltimā vitæ inopia, sed magnā cælestium gaudiorū copiā inundatus traduceret, prodigijs clarus, cum varia terriculamenta phasmatum, phantasmatumque architectus technarum dæmon objectaret, vt montes inter se collisi, medium inde VVolfangum elisuri viderentur, cum ex durâ silice largos vndarum fontes iectu pedi educeret, cum fortè jaētu securis, quā impacta erat rupi, ædiculam constitueret, quæ hodiēque summā religione, magnāq; peregrinorū frequentia celebratur. hanc omnem vitæ rationem in solitudine transactam, mirandāque VVolfangi opera, loci habitum, sacellum, lacum, alpes, heroo pede non minus canendi artificio, quām medendi peritiā, vsique clarus, Philippus Menzelius descripsit: cuius illustre carmen libet subjecere, quod ea, quæ extremo calamo attigi, ille largā venā exequatur.

*Sueuorum sublimē decus, sed major olympi*

*Gloria, magne, Deoque idem dilecte, Sacerdos,*

*Hos, & Pontificum, VVOLFGANGE, medulla sacrorum:*

*Hæc ne adeò loca sola, & inhospita eterna ferarum,*

*Sylvaeque, scopulique affuxta cacumina nimbis,*

*Posthabito luxu, splendorēque & urbis, & aulae,*

*Arrisere tibi; Fastis nam testibus olim*

*Quum fugeres contagem hominum, vitamque profanare,*

*Pertusus, sancto veterum de more parentum,*

*Sponte remouisti te montes exul in altos,*

*Discludens humiles cælesti peccatore curas.*

*Hic Halopyrgæas inter memorabilis Alpes,*

*Pinifer exhibuit tibi durum Falco cubile*

*Sardanapalæi proplumis, murice & auro.*

*Exesum gelidi montis latus; affera saxa*

*Et caligantem latebrosam in rupe recessum.*

*Hic simplex epulis jejunia vietus inemptus.*

*Conditissq;*

DE S. UVOLFGANGO

Condit'que fame, tenui, creberrima, mensa  
Lenijt: atque auidam Bacchi sine munere fregit  
Unda sitim: quæ Mosaico (mirabile) ritu  
Te baculotundente solum, de rupibus imis  
Extitit, en, subito saliens: & diuite vena  
Purior argento per saxa arentia rupit.

Nec tibi, qui sanctosque patres, natumque Tonantius  
Ipsum adeo solitus deserta per aavia stræcis  
Appetere insidijs, multa & vafer arte satanas  
Absuit ignipotens. Namque ut feruenter ad astra  
Erectos animos, & nil mortale morantes  
Deprimeret gelida coiens formidine sanguis,  
Tesspectris malus ille cauis, & imagine falsa  
Terrere aggreditur. Videas nutare minaces  
Falconis scopulos, aduersique ardua montis  
Te super horrendo jam jam impendentia casu  
Conuelli, rapidoque tonare fragore ruinas.

Talia, mentitis magnum per inane figuris,  
Impostor volitans stygius simulacra ciebat.  
At nihil his actum: tu contra pectore firmo  
Supplicibus placidum conuersus ad aethera votus,  
Perstas impavidus: stragemque edentia tergo.  
Et manibus passus obnitens marmora fulcis.  
Iamque patent fraudes, & inania via fatiscunt  
Illa, precum & valido impulsu difflata tuarum:  
Ut pice nigrantes quum disjicit aethere nubes  
Obductas Aquilo, soleisque serenaque reddit.

Ipse etiam cautes veteris vestigia facti  
Admiranda, hodie spectantibus obvia, seruat  
Insignita tui capit is, manuemque cauata  
Appressu: diaq' crucis victrice trophæo  
Altè inscripta, oculos passens, animosque legentum.

Nec procul inde, lacum quæ mons Falconis Abernum  
Despicit, erigitur frondosus in aera vertex:  
Unde manu ancipitem, stans celsa in rupe, bipennim  
Corruptam quatiens (fundandi illustre facelli  
Augurium) es vacuas quondam jaculatus ad auræ.  
Illa volans, vim supra hominis, solitumque tenorem  
Longius & Diuis acta impulsoribus ipsis,  
Vestigando aciem circum huc illucque ferenti.

Vallæ



DEYS. UVOLFGANGO

quam ciuilem incredibili gaudio cumulauit, vt ex communi sententia legatio honestissima ad eum reuocandum mitteretur. Peruenere delecti viri, duce venatore, ad cubile VVolfgangi, nouoq; exhausti pontificis vultu attoniti, demum in lacrimas iere, & genua supplices complexi, rogabat, quid in illum vel populus, vel vterq; se- natus peccasset, quod ope suâ & presentia totannis vrbē & subiectos destituisset? gregem sine pastore, sine patrono clientes, sine ope miseros relictos, daturū illum graues apud Deū hujusdesertionis ratios. Rediret porro, & se suis desideratissimū patrem velut natis resti- tueret. Cū multa in eam sententiam dixissent, obsequi tamen VVolfgangus recusauit: se numinis impulsu à strepitu vrbis & populi secessisse; irent, juberent, crearent alium suo loco pontificem; sibi decretum, pedem non efferre. Perculsi hac tergiuersatione Episcopi, admouent firmiores arietes legati, & grauissimis rationū momentis vrgēt, cum interminatione etiam, vi rapturos, nisi sponte se- queretur. surrexit, suōque facello & gurgustio salutato, abituirce coepit; ipsa ædicula versa dicitur, quasi suum incolam comitatura, antistitemque illi præcepisse; quieteret, futurum vt à frequenti po- pulo coleretur. Vbi cursor in vrbem renunciauit præsulem reuenire, tota ciuitas gaudio exultans se obuiam VVolfango eiecit, ve- nientēmq; cum faustis acclamationibus, lacrimis juxta ac letitiā per- mixtis exceptū ad sumām ædem S. Petri certatim omnes deduxere, suōq; throno reddidere, & multos inde dies tāquam Diuo etsi viuo adhuc, festos celebrauerē. Inter hēc gratissima fama optatissimi redi- tus VVolfangi ad regiam Othonis Augusti delata moxit impera- torem, vt Episcopum post composita domi negotia ad se euocaret, cum illo de vniuersi imperij summā, religione, disciplinā, consilia positurus. Vbi aduenit, dum gratulatur illi felicem reditum Imper- ator, & alia atq; alia querit & consulit, inter tractandum accedunt Legati Bohemiæ, docēntque, quo statu religio dudum jaccens ver- setur, quantopere præsenti, non remoto curatore ea indigeat; nun- quam Bohemos operæ fructum ex religione laturos, nisi suum ipsi præsentem pontificem intucantur, & se ad ejus præscripta confor- ment. Placuit VVolfango tam justa petitio, petitaque abeundi ad suos, quibuscum consilia conferret, potestate, quæsivit ex senatu su- orum patrum, quid censerent de nouo pontifice Bohemis conce- dendo. Rejicientibus plerisque omnibus petitionem Bohemorum; nihil detrahendum de censu Ratisponensis Ecclesie, in cuius aucto- ritate & ditione esset Bohemia. Quod si nouum suūmque Episco- pum desiderarent, noua illi vectigalia assignarent. Obnixus contrā VVolf-

WWolfgangus omnino cedendum etiam bonis videri, quæ Bohemi contulissent, ne animorum jaeturam facerent utriusque; salutem omnium in primis curandam: nihil defuturum ijs, qui Deum pio cultu venerarentur. Renūiat Imperatori, velle se postulatis Bohemorū annuere; créatq; Adalbertum dignum loco & cathedrā virum, qui suā fidē postea apud Prussos etiam sanguine pro Christo fuso sanxit.

Coluit WWolfgangum singulari veneratione Henricus Bojorū princeps, domo etiam Bojus, ut videtur, non Saxo, atque è Schiereni familiā propagatus, ut in frā in S. Henrico Imperatore, ejus filio, ostendam. Huic ergo Henrico erant virilis stirpis gemini adolescentes, Henricus (ut dixi, Imperator, & Diuīs accensus) & Bruno demum Pontifex Augustanus; totidēmque muliebris, Gisila seu Gisela & Brigitta. Hos WWolfgangus optimis formabat moribus, ac velut Magister instituebat, quod Dietmarus docet.

*Nutrit præclarum UVolfgangus præsul alumnū,*

*Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.*

Quid ergo miraris ad eandem virtutem aspirasse Henricum sui præceptoris æmulum? *Da hujusmodi doctores, & habebis sanctos Imperatores.* Iam autem præuiderat WWolfgangus cujusq; ex liberis Henrici futurum vitæ statum, & cum adolescentuli essent, quasi jocabūdus Henricum regem, Gisilam reginam, Brunonem Episcopū, Brigittam antistitam vocitabat, eiūsq; vaticinium euētus verū docuit. Henrico post Imperatore, Brunone Episcopum Augustanum agente, Gisela regi Pannorum nuptā. Brigitta contubernio Virginum Ratisponæ præfuit.

Angustē prouenerat annis sequentibus frumentum, & inopes fame cruciabātur; cum accersitis œconomis imperauit, ut apertis granarijs messem petentibus, procūlq; aduentantibus venderent, daretq; quantū poscerent, eā lege, ut dimidiata pauperib. gratis elargirētur, eōq; nomine pretiū diminuebat. domi quotidie suā liberalitate miserorū inopīa subleuabat, ut greges pauperū ad aulā usq; penetrarēt. Inter quos survestiarius incus toditum ipsius pontificis conclauē irrepsit, & cortinæ parte abruptā dum euadere conatur, ex fugā reprēsus ad WWolfgāgū adducitur, furti cōuincitur, dignusq; furcā ab domesticis conclamat; stabat miser in medio ad tribunal judicis; se debat contra misericordia, & qui dānare debebat reū, cōcepit eūdem defendere; sed vrgentibus domesticis, quesiuit ab infelice, quid tantum facinus sit ausus? vides, inquit miser, pannos meos & centones; quesiuit vestem, quā tegerem nudum corpus. Et WWolfgangus ipso

R 2 culpan-

D E S. U V O L F G A N G O

culpados dictabat, qui conclavis tutelam accepissent, reūmque  
veste meliore donatum dimisit. Ita suos VVolfgangus vltus est præ-  
datores. Ex aduerso mensæ pauperes collocauit quotidie, quibus  
de suis apponi jussit. Analecta alijs, & præsertim familijs inopia  
pressis mislitauit, ita tecte, vt rari pietatem notarent, *quod sinistram  
nollet conscientiam, quid dextra largiretur.* Votis assidue vacabat, præsertim in-  
terno. Etu clām se in ædem sacram illatebrabat, ibique obiectis por-  
tarum claustris cum Deo familiariū egit, nec ante desinebat, quām  
genibus sedens fatigatus in somnum laberetur. Ita ad preces usque  
matutinas frequenter totas noctes traducebat. tempora quoque  
sua domi negotijs tractandis alia silentio destinabat, nec post com-  
pletas diei preces vocem ullam mittebat amplius, tanquam in reli-  
giosa anachoretarum disciplina degeret. Iam mira, quæ passim præ-  
ter usum communis vita patrauit, & multa, & præclara sunt, singu-  
larique volumine describenda. Proscriptis ex hominum possessio-  
ne dæmones; excitauit fato functos; reduxit furiosis mentem; tra-  
nauit cum Othonis exercitu obstantia flumina; aliaque sanctitatis  
certissima argumenta, quibus apud omnes, quantumuis ipse oc-  
ulta vellat, clarebat.

Demum administrato per annos duos & viginti pontificatu  
Ratisponensi, cùm negotiorum causa Pechlarium peteret, quod op-  
pidum est in Austria inferiori, hodiéque ditionis Ecclesiae Ratispo-  
nensis, consensa naui, secundo Danubio delatus est Puppingam,  
locum id temporis Batauorum, vbi rapidâ correptus febri deporta-  
tus est in ædem S. Othmari, qui jam olim prædicterat illi fore, vt in  
suo sacrario è corpore migraret. Ibi regressus in memoriam præteritæ  
vitæ, omnes labes, quas quidem perexiguas fuisse, par est credere, per  
lacrimas & confessionem deleuit, Virginisque filium magno cum  
sensa pietatis vitæ futuræ arrabonem, in Eucharistiâ sumpsit, præ-  
sentibusque vehementi oratione commonitis, vt vitam homine  
Christiano dignam colerent, tanquam omnium dictorum facto-  
rumque rationem ad tribunal Christi reddituri, se humi ante fron-  
tem altaris vultu terram spectante collocari jussit. Et cùm æditius  
ac famuli à cubiculis, turbam confluentem conarentur templo exi-  
gere, negauit sanctus vir id recte fieri; permitterent populum præ-  
fulis mortem, cui omnes vitam deberent, spectare: non esse erube-  
scendam naturæ legem, cùm auctoritatem spectante mundo voluerit  
palam in cruce nudus emori. Tum commendatis Deo se & subjectis  
suis, oculos in mortem clausit, sidusq; illud, quod in ortu mater cō-  
spexerat, extinctum est, imò verius, accensum & astris illustratum.

Familia

Familia, præsule destituta, in maximum coniecta mœrem, funus pro præsenti copiâ instruxit. Aduertit cælesti numen ad id loci Hartvicum Salisburgensem Archiepiscopum, cum Illustri viro Arabone procuratore Prouincie, id quod pridie S. VVolfgagus futurum denunciârat, juseratque ad ornari conclavia; cui relyt fides effet, signi loco factum naufragium saluis vectoribus indicauit, neque secus fuisse euentus docuit. Septimo inde die funus Ratisponam illustratum, cui summâ in æde S. Petri justa funebria persoluta. Sed pauperum, viduarum, & pupillorum lacrimæ & lamenta corpus pontificis humectarunt, questi se patrono, altore & parente orbatos. Secundum piaculares ceremonias, corpus in S. Emmerami æde conditorio clausum est, & post duos & quadraginta annos à Leone IX. <sup>A. C.</sup> Pontif. Maximo (cùm in Germanias pacis inter Henricum III. & 1032. Regem Pannorum conciliandæ effet profectus) propter assidua, quæ narrabantur & siebant prodigia, inter cælites colendum præcepit. Latuit postea in cryptâ apud S. Emmeramum annos 1077. præterito demum anno à VVolfgango altero nominis hujus post S. VVolfgangi Ratisponensis præsulis antistite repertus, & summâ cum religione, publicaque celebritate translatus, nouoque sacrario honoratus.

Admiranda S. VVolfangi singulari volumine patriâ & latinâ voce conscripta leguntur, quæ non est necesse hic collocare. Supremus mundi præsul Christus orandus, ut mille nobis VVolfgangos submittat, qui Ecclesiam in pristinum splendorem restituant.



DE B. GVNTARIO  
B. GVNTARIUS  
sive GVNTHERVS,  
EPISCOPVS RATISPOENENSIS.

C CLXXX  
VIII.  
Leopoldus  
Babenburg  
in ex histio-  
ria FRAN-  
corum.  
Dietma-  
rus lib.2.  
p.21. Tri-  
themus.  
Arnolphus  
comes l.2.  
de S. Em-  
meramo  
tantum no-  
minat in-  
ter Episo-  
pos. Hun-  
dinus Me-  
trop. p.61.



Eginoburgi, quæ hodie Ratispona est, antistites, defun-  
cto Conrado, sive Isengrino (nam Conradum quidā  
prætereunt) desiderabatur. Erat per id tempus Ratis-  
ponæ Otho M. Romani nominis primus apud Ger-  
manos, fortissimus & religiosissimus Imperator, cui  
simul Boica Arnulpho Bojorum principe extincto, &  
hæredibus ob defectionem exauctioratis, parebat. Hic dum de di-  
cendo Episcopo solicite cogitat, per nocturnam quietem mone-  
tur, ut primâ luce ad S. Emmerami Cœnobium properet, primūm  
que ex occurrentibus sibi religiosis ex illa fodalitate, pontificem  
Ratisponensem designet. Imperatori simul ac diluculauerat, cum  
paucis ex palatio assumtis ad S. Emmerami tendenti Cœnobium,  
forésque pulsanti primus Guntarius occurrit, nec Othonem Aug-  
ustum agnoscit. Imperator diligenter virum religiosum contempla-  
tus: Ecquid, inquit, erit præmij, quando te Pontificem Ratispo-  
nensem nominabo? Guntarius homo permodestus, se ludificari ar-  
bitratus, ut qui alia omnia sentiret, detractâ crepidâ, hoc te, inquit,  
calceo remunerabor. Otho coæto antistitum & religiosorū virorū  
coetu exposuit, quid sibi celeste numen per oraculū de Guntario edi-  
disset, & illum ipsum Episcopum designauit, qui tamen non am-  
plius semptem menses cum dimidio tenuit sedem, vitâque cum  
dignitate posuit, vel potius majorem & feliciorem in cælo recepit.  
Erit operæ Dietmari scriptoris antiqui & veri verba de Guntario,  
quem ipse Gunterum appellat subscrivere. Imperator auditâ Ratisponen-  
sis Ecclesiæ præsulis morte, eo perrexit: & ut Episcopatum non alij daret, nisi ei,  
qui primus sibi occurrerit, in somnis admonitus est. Craftinâ autem die primitus in-  
luciente, Cæsar ad Monasterium Christi Martyris Emmerani, Monachis hoc  
neficiens, cum paucis venit, & paulatim ostium pulsans, à quodam Gunthe-  
ro Ecclesiæ per vigili custode, & per omnia venerabili patre, intromissus est. Quem  
intuens ad adorandum primo supplex processit, deindeq; talibus aggreditur: Quid,  
mi frater, pro adipiscendo Episcopatus honore vis dare? Senior ad hæc subridens,  
calceos, inquit, meos. Hunc autem cum ceteris confratribus ad Electionem An-  
tistitis ad sanctum Petrum venientem, Cæsar explicato cunctis somnio, ceteroquo  
rei euentu, cum consilio Cleri, totiusque populi ad sacerdotem constituit. Is vero  
accepta

B. GVNTARIUS EPISC. RATISBON.



Regia Boiorum, rapto modo praesule, regem  
Sacrorum optabat, pontificemq; nouum;  
Imperij regnator Otto tractabat habenas,  
Quarebatur pium dux pius ipse ducem;

32  
Guntarium placuisse DEO per somnia discit;  
Quae sunt e Celo somnia, vera docent  
Sic apices olim sacri requiere cucullos,  
Et Schola pontificum quid nisi Laura fuit.

R. 4 accepta



accepta benedictione, sedebat tantum VI. menses, aegritudineq; compressus valida, ad modicum conualuit, sumptioque in manus cinere, locum, quo de hoc seculo migrare voluit, signo sancte crucis, ipse consurgendo signauit, solo tenuisque positus, illud beati Iob carmen beatus & ipse cecinit: Auditu auris, audiui te Domine, nunc autem oculus meus videt te: Idcirco ipse met reprehendo, & ago pænitentiam in fauilla & cinere. Et continua confessione cum lacrymis peracta, emisit spiritum. Impletumque in eodem est, quod antecessor illius similis habitus huic predixit. Tu debes frater secundus post me hanc Ecclesiam regere, sed paruo tempore viues, Domino tantum te misericorditer coronante. Quod, quam diu hic peregrinatus est, juxta Domini voluntatem fieri idem semper optauit.



S.HENRI.

DE S. HENRICO IMPERATORE.

S. HENRICVS

IMPERATOR AVGUSTVS,

vnde quaque, ut videtur,

B A V A R V S.

1524.  
vid. idem  
Sexiles.  
Adelbold-  
dus, Diet-  
marus,  
Glaber,  
Nonnus,  
Sigebertus  
Chr. MS.  
Babenber-  
gense. Scr.  
ptores veri  
Germanie  
earum. Sav-  
onis caria.  
Bochorum.  
Spor. inv.  
Baronum  
Annal. XI  
Diss. Babo-  
bergenses.  
Gretseri  
mota ad  
evid. Iean.  
Sallierisyn  
tagmata  
firpe S.  
Henricus  
MS. Aliq.



Es omnes ab Henrico gestas in certa capita cōjiciam, ut in Carolo M. ad exemplum Tranquilli feci. Primumque de origine majorum, domo, stirpe, sanguine, non ex opinatione quorumcunque scriptorum, sed vetustissimorum, & Henrico *Corr̄ēōw* auctoritate, tradam, quārāmque, Bojūsne gente (sicut est natali folo) an Saxo genere sit; vindiciasq; (bonā Saxonum veniā) secundum Bojos, non tamen abrupte dabo. Tum deinde de natali terrā, pueritiā, institutione, & juuentute dicam. Præterea de suscepto regno, imperio, virtutibus bellicis, de pacis item, pietatis, & religionis studijs. Ad hæc, de castimoniā illius, & Cunegundis Imperatricis narrabo. Inter quæ nec alia Christianæ virtutes tacebuntur. Postremo de illius consecrationē, cūm solenni Pontificis decreto inter cælitates coli jussus est, quām paucissimis expediam.

Henricum sanctū gente Bojum, non Saxonem fuisse, primū ostēdit Adelboldus, seu Adelodus, (Athelboldus, Dietmaro) pontifex Trajectensis, Henrico secundo a consilijs & arcanis, cuius hæc sunt verba: *Tandem sic in ducatu vixit, quod omnibus placuit, ut de ducatu \* sanlein transduceretur ad regnum; de \* vexillo extolleretur in solum hereditarium. Hereditarium dicimus, quia, ut ab his, qui genealogias computare nouerunt, audiimus, a Karolo Magno ex parte patris decimam septimam; ex parte matris decimam sextam lineam propagationis tenebat. Dietmarus ejusdem scriptor Henricum satu regio natum canit.*

*Henricus scandit, postquam puerilia vicit,  
Ardua virtutum, natus de stemmate Regum:  
Huic pater Henricus Dux, & genitrix erat ejus.  
Gisla suis meritis aquans vestigia Regis  
Conradi patris Burgundia regna tenentis.*

Ergo ab utroque parente regiam dicit originem: cūm de patre, ex Carolinis ortus, ab matre, reginā Burgundionum. Qui natum ex gente Saxonum tradūt, referunt stemma ad Henricum Aucupem, & tres Othones Imperatores, itēmque tres Henricos Aucupis filios, nepotes, pronepotes hoc ordine nascendi:

Henricus

Henricus Auceps rex.

Otho I.	Henricus Othonis frater.
Otho II.	Henricus Rixosus Hezelo.
Otho III.	Henricus S. Imperator.

Sed mendosè: nam patris Henrici sancti tumulus, hoc epitaphio inscriptus Ratisponæ, apud sanctum Emmeramum ostendit Bojum, non Saxonem fuisse patrem:


*Henricus regis pater, & defensio legis,  
Bauariae cultus, pius est hic duxque sepultus.*

Henricus ab re ipsâ Rixosus, Saxo (cujus Henricum S. plerique omnes filium faciūt) non fuit pius (nisi jam moriturus) sed factiosus turbator, longāsq; lites, & codia cum Reginoburgico pr̄fule exercuit. Othonibus Imperatorib. refractarius, affectator imperii, proscriptus; nec Ratisponæ, sed in Saxoniâ Gandersheimij extinētus & humatus. Ex quibus conuincas erroris Reisnerum, duos Henricos miscentem, & hunc Rixosum Ratisponæ sepelientem. *Hic, inquit Dietmarus (agit de Henrico Hezelone, & Hezelonis filio) ultima patris suimet & aquiuoci (Hezelonis) monita, qui in Gandershaim obiit ac requiescit, memor seruans pectore, &c.* Gandershemum, seu Gandersheimum oppidum fuit Saxoniæ, cum nobili Cœnobio, in quo floruit Roswitha poëtria & religiosa virgo. Mausoléum ibidem fuit principum Saxoniæ. Gerberga id temporis antistita, Rixosi soror, vt auctor est Dietmarus. Pater autem S. Henrici verè pius, & pro sancto cultus. Nam ex Abudiaco pago, qui fuit Henrico Imperatore natale solum, singulis noctibus Ratisponam ad S. Emmerami ædem properauit, ibique in sellâ è saxo excisâ (quæ hodiéque visitur, & à me spectata est) quieuit, quoad fores templi panderentur. Docent idem signa gentilitia, Mausoléo ipsius affixa, patrem S. Henrici non fuisse Saxonem, sed Bojum. Abest equus, adsunt reticulati, & decussati rhombi Bojorum. Henricus Auceps rex in mediâ aquila signum gestauit V Vitichindæum, equum, inquam, exultantem. Henricus S. aquilam cum rhombis, sine equo, vt est, cùm in alijs, tum Babenbergensibus monumenris in hunc modum.

*Fabričius  
Dietmarus*

*Lib. V.  
c. XXXIX.*

S Idem



Idem Archiepiscopi Treuirenses, & Moguntini è Saxonum stirpe oriundi factitärunt, cum ad crucem Treuirësis equum: eundem Moguntinus ad rotam adjungebat. Bruno verò Augustanus Antistes, germanus S. Henrici rhombos cum Augustani Episcopatus insignibus conjunxit, non equum. Sunt alia haud pauca discrimina diuersæ gentis, quæ Ioannes Saller, familiæ nostræ sodalis, apud summam ædem Ratisponæ Ecclesiastes, in syntagmate de stirpe S. Henrici adducit; quòd diuersi hujus & illius sint liberi; quòd Iudithæ duæ fuerint, alteraque Arnoldo malo (quamuis Helpidannus optimum appellat) nata, & Henrico Othonis M. fratri nupta, quibusdam parum laudata: altera S. Henrici auia, sancta matrona, de quâ Henricus S. in edicto: Quòd (monasterium inferius Ratisponæ) diuina memoria, auia nostra Iuditha olim in honorem Dei genitricis Mariæ à fundamentis in Abbatiam erexit: Quòd illa Saxonis conjunx maritum & Saxones concitariit ad occupandam Boicam terram, & justos hæredes excludendos: quòd utriusque diuersi sint liberi: Quòd Henricus Imperator moriturus, prouinciam non Saxonibus commiserit: committendam alioqui, si Saxo fuisset, popularibus. Miratur Cario, quamobrem præterierit agnatos, ut putabat, suos, sed non erant agnati. Carionis verba infra post vitam S. Henrici leges, quòd hic serius adscripta apprimi non potuerint. Quòd triginta duos Comites uno patre Babone Abenspergeni natos singulos

p. 107

los singulis dynastis & præfecturis donarit: Quod nuptias sororis Giselæ cum rege Pannorum Stephano in Schirensi castro gentilitio celebrarit: Ethoc genus alia multa, quæ ostendunt Henricū Norici & Carinthiæ principem, nūquam Saxonem fuisse. Quæ nos omnia & his multo plura in alium locum accuratiū expendēda rejicimus, haud ignari, dubias genealogiarum quæstiones parum ad acta morēsque Sanctorum pertinere; neque tamen semper esse alienas. Hoc tantum hic voluimus in antecessum dare; minimè nesciij, multa posse cōtrā adferri, quæ rem nonnihil dubiā reddant, vt nondum audeamus abrupte pronunciare, Henricū stirpe Bojū fuisse, non Saxonē, quanquā, vt dixi, propendo in eam partem, vt Bojum domo existimem. sed comperendino, & amplius pronuncio, donec liqueat.

Aspexit Henricus S. primam lucem anno Christi c. 10. LXXII. prid. Non. Maij, non Ratisponæ, vt Fabricius tradit, sed Abudiaci, vt Auentinus narrat, qui vicus est, & Castrum supra Ratisponam millia passuum decem, ad ripam Danubij, patre Henrico, Norici & Carantanorum regulo, matre Giselæ Burgundionum regis filiā, Auo Bertholdo, pauo itidē Bertoldo, Arnoldi mali fratre, Abauo \* Luitboldo \*C. C. 107. bello n- garsio pe- ruit. do præfecto Austriae, Arnulphi dynastæ, qui in Nortmannico prælio \*ID. CCCXCI. \*cedidit, filio, vt in hoc schemate vides.

ARNVLPHVS Comes, Arnulphi Cæsaris præfctus  
militiæ in Nordmannico bello.

891.

Luitboldus Princeps, & Austriae tetrarcha.

907.

Arnoldus malns	Bertholdus, princeps Norici & Carinthiæ.
Juditha Henrici	Bertholdus princeps.
Saxonis vxor.	Henricus, princeps Noricorū & Carinthiæ
	Henricus S. Imperator.

Sacro fonte lustratus ab S. VVolfango antistite Regino burgico. Morum & pueritiæ formatores habuit inclitos viros, Bernhardum præsulē Hildesheimensem, virū emendatæ vitæ: Burcardū Vangionē illū, cui postea decreti cælestes honores. S. VVolfangū fama cælo terrāq; notū, de quo quāuis ruditer Dietmarus ejusd. æui scriptor:

*Nutrit præclarum VVolfangus præsul alumnū,  
Qui sequitur Dominum toto conamine Christum.*

Qui me locus ferè dubiū reddit, an hic Henricus fuit etiam Hildesheimij eruditus. Est in S. VVolfangi historiā, ab Henrico princi-  
S 2 pice

DE S. HENRICO

cipe quatuor liberos ad S. VVolfgangum deductos, vtì cælestem ab illo doctrinā, pietatem & religionē haurirent, illūmque sanctissimū magistrum singulorum fortunā, statum, conditionē præsensisse, & Henricum quidem ab eo regem identidē appellitatū; Giselam sororem reginam; Brunonē Episcopū; Brigittam antistitā. Et sanè cuique sua postea fors rata fuit. Henricus & Rex & Imperator creatus est; q; ipsum illi VVolfgangus à morte per ænigma denunciauit, cùm visus est sibi Henricus, dum ad cineres defuncti præfulis supplices preces sterneret, multisque votis tutelæ se illius cōmendaret, sensisse repete, corām præsulē astare, juberet; vtì vicinū tumulo parietē cōtemplatur, legerētque notas illic exaratas: scriptū erat: Post sex. Henricus vigil territus oraculo, nihil præ animi modestiā de imperio somniabat, quod è tēpestate Saxo omne nomen Christianū cum sumo imperio administraret, (quoniam sunt, qui regi jam creato ostentum demūm hoc factū post Othonis morte tradunt, quod mihi verisimile non videtur; nam facilè Henricus jam rex de imperatorio titulo adipiscendo poterat suspicari) existimauit sibi sextū inde diem fatalem fore, magnāmque vim pecuniæ in miseros partitus est. Cùm deinde præceptum animo diem saluus transiisset; sextum ab illo mensem designatum conjecit, rursumque per semestre in curā mortis obeundæ fuit. Cùm & illū mensem in columis exegisset, sextum deinceps annum in expectatione mortis sanctissimè vixit, quo demum rex à proceribus impij, aut certè Augustus à pōtifice pñunciatus, tandem affecutus est vaticiniū sui magistri. sua quoq; reliquos fortuna, vtì docuerat VVolfgāgus, posteris añis excepit: Bruno pōtifax Augustanus creatus. Gisela Toxo seu Toxidi Pañonum regi nupsit, nuptiæq; in castro Schirensi, pñente totā gente cognatā, solennes agitatæ. Brigitta in antistitā sacrarum virginum lecta. Ita Henricus pueritiam, adolescentiam, & juuentutem in summā vitæ innocentiā traduxit; ad quam rem, vtì solet, plurimū virtus & institutio VVolfgāgī valuit. Fabricius inde aliiq; miscet acta Rixosi, cū actis pacatissimi principis ac parētis S. Henrici, q; pr̄sus diuersi fuisse videtur, cōq; à me distincti. Vbi Henricus ex Ephebis excessit, añosq; pubertatis exegit, matrimonio illigandū cēsuere parētes, à quo cū ob integrimū corporis florē, castāq; mentē, abhorreret, nec tamē animū apire, nec votis suorū repugnare auderet, admisit cōditionē, nobilissimāq; virginē Sifridi Palatini filiā (nō Rheni, vt Fabricius & Reisnerus, cōplurēsq; alij, pdidere, sed cōitis ad Mosellā, vnde Mosellani quoq; cognomēto dicti) in cōsortē regni accepit: quib. mox de tuēda virginitate vsuq; tori abstinentē, ad exēplū Virginis, ac magnē Dei matris cum Iosepho, & Pulcheriē Augustē cum Marciano in omnē vitā cōuenit.

uenit. Inter hæc Otho III. imperio simul & vitâ defungitur. Henricus multis in Germaniâ Regulis tantæ spei imminentibus ab Heriberto Moguntino, (præsentibus, vt Adelboldus auctor est, Archiepiscopo Salisburgensi, Brixinensi, Herbipolitano, Ratisponensi, Argentinensi, Batauiensi, Frisingensi, Abbe Fuldeni, aliisq; cùm præfulibus, tum dynastis plurimis) rex consalutatur, & Moguntiæ sub annū Christi c. 10. 11. v. 111. Idus Iunij sacro oleo imbutus cōsecreatur. Competitores alij armis, alij conditionibus ad officium & ordinem redacti. Inter quos primores Echardus Othonis primi ex Ludolpho pronepos, Brunonis Pontificis pater. Sueuorū rector Hermannus. In Boijs Austrijs Tetrarcha Leopoldus, Ezo Palatinus ductâ Othonis III filiâ superbus, Dietericus Lotharingius, omnes in regnum intenti, sed spe frustrati. In Italiâ Ardoinus, seu Hartwigus, reclamante Arnulpho Mediolanensi pontifice rex proclamatus. Henricus non minus armis valuit, quam religione. Bella haud pauca, pleraq; tamen omnia secundo euentu geslit. Hermannum Sueuorum regulum ab armis coegerit ad asylum regiæ Clementiæ cōfugere. Mox ad easdem aras & Henricus Austrius Leopoldo natus, gente Bojus, domo Schierenfis supplex adrepit. Mouit inde in Italiam contra \* Ardoinum, (non ipse tamen præsens, sed per duces) victusq; discessit, vt meminiisset se vinci posse, magisq; certo Numinе, quam dubio Marte, & viribus niteretur. Eundem tamē postea Henricus fastu & victoriâ exultantem, armis exuit & regno, vt & ipse meminisset, multos hoc repente altius efferriri, vt grauiore mox ruinâ deuoluantur. Henricus inde Boleslaum Boënum bello petit, pulsoque & victo Iarimurum fratrem sufficit. Inde in Sarmatam Boleslaum Boëmo cognominem, mouit, ingentique prælio victum fugauit. qui mox projectis armis ad mitem Henrici ingenium appellauit, pacemque impretravit. Eodem euentu Balduinus Belgarum regulus occupatâ Valentia, Cæsaris vim armatus, & supplex Clementiam expertus est. Repetit Henricus Italiam, Augustusque Romæ festâ ceremoniâ acclamatus, & à Benedicto VIII. pontifice Maximo inauguratus Græcorum coloniam Trojam, ipso nomine ex omni priorum temporum infelicem obsidet; Græcorum hæc præsidio tenebatur, quam Imperator quarto post, quam obsederat, mense deditam funditus euertit, (vti nec in Asia Phryges, nec in Europâ Græci defendere nomen vrbis & loci Trojæ potuerint) totaq; Apulia in ditionem imperij recepta. Nullus bellorum finis: pacata Italiâ, turbarunt rursum Sarmatæ; iterum Boëmus armatur. Iam & Heneti, quos Vinulos, & Scelauos appellat, contra Deum, Diuoscq; insurgunt, templisq;

DE S. HENRICO

& sacris omnibus bellum nefarium indicunt. Immo & Saxo furiit, sed omnes Henrici virtus strauit, & parere docuit. Nullum narrandi modum faciam, si persequi stilo, omnia Henrici bella, prælia, victorias, coner. Ad religionem sanctissimi Imperatoris transeo, cuius causâ scriptioñem hanc potissimum suscepit. Eductus à puero Henricus nil nisi virtutem, & cultum aduersus Numen & omne cælum exercuit. Idemque & optimus Imperator, & fortissimus bellator, & religiosissimus Dei cultor exstitit, ut nec arma (quod instar prodigij est) officerent religioni, nec religio armis. Quin & sibi multo suppetias ferebant, cum in periculis Imperator saepius ad vota recurreret, nec interim laborem bellicum remitteret. Exemplo sit bellum Bohemicum, Sarmaticum, Vandalicum seu Sclauonicum, quod ope magis cælesti, quam humanâ confecit, ut Nonnosius, (nam hic vitæ auctor apud Canisium & Gretserum existimatur) tradit, cuius verbalibet hic ponere, quamuis parum culta, pia tamen & religiosa.

Congregato itaque exercitu, contra prædictas nationes aciem direxit. Et faciens transitum per locum, qui UV Albeck dicitur, gladium S. Adriani Martyris, qui pro reliquijs multo tempore ibi seruabatur, accepit. Quo accinctus, ex toto corde suo clamauit & dixit: Iudica, Domine, nocentes me, expugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adjutorium mihi. Inde progressus, castra metatus est in campo, ubi Merseburgensis Ecclesia sita est, & videns locum reparandi desolatum, & in nihilum redactum, ingemuit, & ait: Beate Laurenti Martyr Ecclesiam Mersebur. Christi, si tu interuentu has barbaras nationes, ad quas pergo, Romano imperio & genere. Christianæ religioni subjugauero, hunc locum desolatum tuo nomini consecratum, diuina fauente gratia, in pristinæ dignitatis statum reformabo. Ut vero principes Poloniae & Boemie, ceterarumque Sclauicarum gentium primates Romanum Imperatorem cum exercitu ad debellandos eos aduenire cognoverunt: innumerali multitudine collecta, in bellum eiobiam processerunt. Quod regi pio persulatores suos citio innotuit, & sicut in omnibus suis angustijs solebat, ad orationis S. Henr. arma confugit. Inuocatoque super se nomine Domini, B. Laurentio, S. Georgio, & gratia ad precem. B. Adriano Martyribus, se, sumque exercitum protegendum cum summa deuotione commisit. Et cum omnes perceptione corporis, & sanguinis Domini confortati Diuina exercitum commentari. suissent, ad locum certaminis venerunt. Vbi cum rex beatus verbi exhortatoris ad viriliter agendum singulorum animos erexit, videns innumerabilem aduersariorum multitudinem, clamauit ad Dominum, & ait: Deus, qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuum super gentes, qui cogitant seruis tuis mala. Disperge illos in virtute tua: & destrue eos protector meus. Pone illas ut rotam, & sicut perator Martires stipulam ante faciem venti. Hæc dicens, aperti sunt oculi ejus, & vidit gloriosos exercitum antecedens. Martyres, Georgium videlicet, Laurentium, Adrianum, cum Angelopercutiente, exercitum

exercitum suum præcedentes: & hostium cuneos ad fugam propellentes. Et sicut exercitus Senacherib ab Angelo percutiente contritus est, & periret: ita & omnis barbarorum ista multitudo per virtutem Dei conterrata, projectis armis, sine e*vitoriis* fusione sanguinis Christianorum, fugæ præsidium quæsivit. Quo viso rex sanctus, eleuatis oculis, & manibus in calum, benedixit Deo cali, & ait: Benedico te rex *Gratiarum* cali & terræ, qui superbis resistis, & humiliibus das gratiam: qui custodis diligenter teste, & glorificatus es in gentibus, propter datam nobis de caelo victoriam. *Victis* ergo barbaris, & quæ ad futuram pacem prodeſſe poterant, firmissima pactione stabilitis, vir beatus cum suis in sua redierunt cum pace, glorificantes & laudantes Deum, qui saluat sperantes in se. Burgundiones etiam diuinitus vicit. Eluxit eisdem quoque pietas & clementia in obsidio Trojæ, cum defensorum pertinacia, & injurijs laceſſitus, sanctissimè jurauit, se vibem à fundamentis excisurum, ciuésque omnes neci daturum; agmine tamen infantium pro deprecatorib. missa flexus, omnibus ignouit, quod nos his verbis ex Glabro alibi denarrauimus.

Sed plenum affectus & dulcium lacrimarum illud est, quod *Anna Sanx* *Ha, cap. 14o* *pag. 162o*  
Glaber de S. Henrico Imperatore Trojam Apuliae tum urbem, à Gre- cis quondam conditam, obsidente exponit, ego ex Glabro. Imperator receptis alijs Apuliae ciuitatibus, à Græcis occupatis, ad Trojam exercitum admouit. Ciues spe subsidij à Basilio Græcorum Imperatore submittendi, obsidionem ad quartum mensem non sine fortitudinis laude sustinuerunt, interimque Imperatori non raro clades magnas intulere: machinas aggeribus admotas, per noctem injetis ignibus corruperunt, subitisque eruptionibus non paucos conciderunt; ut irritatus Imperator jurarit, se, quotquot arma ferre possent, imo quid stirpis in vrbe virilis esset, in furcas acturū, tecta incendio valtaturum, totamque ciuitatem solo aquaturum. Instauratis machinis, & crudo corio tectis, ne ignem conciperent, arctius premere coepit obſeffos; qui speratis diu auxilijs, tandemque desperatis, Imperatoris iras veriti, quo se verterent, non habebant. Tandem in deditioне salutem ultimam experiuntur: legationem instituunt, qualem raro saeculis præteritis inuenies. Religiosum virum habitu Monachi rogant, uti Ducem se legationis præbeat, crucem gestet: huic quidquid in vrbe pueritiae erat, ac propè infantiae, certo ordine adjungunt. Praet ille, sequitur agmen puerorum, castra ingrediuntur, clamant omnes lacrimabili gestu: Domine miserere. Cumque vox aures jam Imperatoris feriret, quæſiuit, quid insolens haec sibi vellet vociferatio? cernit paruulos, illacrimat; cumque misericordiam ejus implorarent, & ciuitati pacem precarentur, remisit exercitum infantium, omnibus armis fortiorum, in vibem. Et no-

S 4 uit ille

DE S. HENRICO

uit ille, inquit, cardiognosta Deus, ciues impios & perduelles, causam potius horum necis, quā m̄ me esse. Obsessi cūm animum Imperatoris permotum, sed nondum flexum & exoratum cognoscerent, admouendos eosdem illi arietes, vel agnos potius putauerunt; posterōque die, cum eodem cultu, cantūque ad Imperatorem allegarūt. Imperator simul ac innocentium voces audiuit, vlt̄o surrexit, & progressus ē tabernaculo ad spectaculum, vbi puerorum innocentiam vidit, in illas Domini voces, vt erat religiosissimus, erupit: Misereor super turbam: oblitusque injuriarum, pacem ciuib⁹ hac lege dedit, vt si sibi indulgeri vellent, eam murorum partem, quā molibus illius bellicis erat objēcta, ipsi vlt̄o demolirentur; quā absque morā dejectā, iussi principes, ad Imperatorem, datā publicā fide, se sistere; prompti ad genua ejus procubuēre, quibus, ( pacis obfidibus acceptis ) imperauit, vt euerſam mōēnū partem instaurarent, pacēque compositā, obſidionem ſoluit.

Iam quid Imperator non contulit Ecclesiæ Babenbergenſi apud Varifcos, vbi pontificiam ſedem à fundamentis excitauit, omnique ſuo patrimonio, quod ab Othone Imperatore acceperat, impertito, locupletauit, cūm ipſe ſtudio ſeruandi pudoris, improlis Christum ex aſſe hæredem ſcripſit, vt̄ vicifſim, & ipſe cum Christo cohæres æternū cælo regnaret. Floret is Epifcopatus etiam hodie, nupēr; Ioannes Godefridus illuſtrissimus, optimus & religiosissimus pontifex, Societati noſtræ illuc euocatę domicilium & Muſeūm collocauit. Instaurauit idem Imperator, & alios Epifcopatus per Pannonū, Henetorum, Saxonum, Alſatarum, aliorūque Germaniæ populo-rum per incuſiones barbarorum grauiſſimē afflictos, inter quos fu-ere Martiburgianus, & Hildesheimenſis in Saxoniā; Misnensis apud Eudofios in Misniā; Argentinensis in Alſatia; Parthenopolitanus in Marchia. Omitto Beneuentanum Cœnobium, in Italia conditū: regiam munificentiam erga S. Petrum Romæ; erga S. Benedictum Caſſinatem, quorum ſyllabum Leo Ostiensis texuit. Cluniaci ſub rem diuinam Diadema regium gemmis & auro cultissimum S. Pe-tro consecrauit. Sensit denique Henrici liberalitatem ( cuius pluri-mae & ſignatae tabulæ paſſim leguntur) tota Germania, Italia, Panno-nia, quam Gisalā ſorore Toxo in torum legitimum data, vna cum rege, quem ſanctum poſtea Stephanum dixere, ad Christi cultum traduxit. Ejusdem religionis autor fuit Sclauis. rem denique Christianā longē latēque propagauit, vt̄ non tam rex Germaniæ, quām doctor dici poſſit. Iam caſtimonia illius ſupra omnia exempla eſt, nec habet niſi vnicum in Oriente Marcianum, & Pulcheriam Auguſtos,

stos, qui id primum ausi sunt, in regiâ licentiâ tentare, vt in medijs aulæ delicijs, tanquam extra aulas, in solitudine positi, vellent Deo puris corporibus litare. Sed Marcianum Pulcheria jurejurando, ne deuotam se cælo contingere, adegit: Henricus & Cunegundis spōte animi Deo, de corpore suo thus virginitatis adoleuere: Nec minūs sancte custoditus ab vtroque pudor, quām signatus; quod ex candardi ferro à Cunegunde nudis vestigijs, & illæsis calcato patuit, cūm regiæ virginis existimatio in discrīmen suspicionis, malā dēmonis arte, incidisset. *Quo* attonitus Imperator prodigio, suspicionem omnem ex animo deleuit, & moriturus Augustam, vocatis propinquis, cum hoc elogio reddidit; *qualem accepi, talem reddo; virginem dediſis, virginem recipite.* Nec minūs ipſe sanctus castusq; atq; imperatrix fuit. Omitto hīc claudicationis, stateræ, & calicis aurei in morte visi, calculi, morbi, aliāque apud antiquos scriptores, & membranis Babenbergensibus notata miracula; nō quōd ea, quemadmodum profanissimi quidam, & ab omni Numine, verāque religione deserti, somnia credam; dormiant illi somnum suum, & nobis fidem cum pietate relinquant; sed quōd plura sint, (præsertim quæ post Imperatoris mortem sunt prescripta) quām vt hic percensi comodè possint, & singulari volumine nuper ab nostro Gretsero comprehensa legantur. *Quæ* meres etiam breuitem facit, præsertim in Cunegunde & Othonē. Sed Henrico vindiciæ fuerunt scribendæ, vt origine Bojum, non Saxonem fuisse (cauſā tamen cum vltimā sententiâ ampliata) ostenderem, quamvis apud Deum non sit Iudæus vel Græcus, sed omnes vnum in Christo I E S U. His ergo Henricus præclaris, & immortalibus operibus editis, famaque inclitus, ab mortali & perituro regno ad cælestē & imortale imperium tandem est profectus. Vixit annos quinquaginta duos, regnauit quatuor & viginti, imperauit vndecim. Conditus Babenbergæ, & illustri Maufoléo cultus, ac tandem propter ingentem miraculorū vim ab Eugenio III. anno c. 10. CLII (centesimo vicesimo octauo post anno) in censu beatorum collocatus.

Interim tu SALVE IMPERATOR O. M. BOIORVM SIDVS, GERMANIAE SOL, ALTER CONSTANTINVS, ALTER THEODOSIVS, ALTER MARTIANVS, RELIQVIS MAIOR, SANCTIOR OMNIBVS: CIVIVM AMOR, HOSTIVM TERROR, CHRISTIANI NOMINIS APVD PANNONAS CONDITOR, VBIQVE PROPVGNATOR, EXEMPLVM ÆVI, CASTIMONIA VIRGINIBVS, RELIGIONE PONTIFICIBVS, RELIQUA VITA CVNCTIS.

Agnoscunt sanctitatem Henrici etiam ab omni sanctitate Romanæ fidei alieni; vnius dodecastichon subscribam.

*Felix*

DE S. HENRICO IMPERATORE.

Reisnerus  
in iconibus  
Saxonum.

Felix militia, vita castusque piusque,  
Sumpibus erexit splendida fama meis.  
Fratres edomui Cunigunda conjugis ambos:  
Flandria quando subit capta, Metisque jugum.  
Sarmaticam fudi junctum cum gente Boemum:  
Christiadum docui Pannonia regna fidem:  
Quando soror Stephano datur uxor Gisela Regi:  
Cumque Saracenis arma cruenta tuli:  
Quid Frisios, Henetosque loquar, vicosque Pelagos?  
Cælitis hinc nomen propietate fero.  
Magna fuit gentes bello frenasse superbas  
Gloria: sed major fama, fuisse PIVM.

LIB. IV.  
p. 150.

Adde ad signum hoc fol. 103. verba Carionis. Henrico S. mortuo, Imperium Occidentis & Bauaria deseruit esse apud stirpem Saxoniam Henrici Aucupis, reuolutum ad Francos. Bauariam Imperator concessit Henrico nepoti ex fratre conjugis Cunegunda e Lotharingia Mosellana, et si superessent agnati Principes, qui in Saxoniam amplis regionibus dominabantur titulo Marchionum Saxonie. Erant enim Henrico Bauaro Ottonis Primi fratri nati Henricus Hecelo, Sancti pater, qui in Bauaria principatu succeſſit, & Bruno Marchio Saxonie, cuius filius Bruno Cognominem filium & Ludolphum reliquit. Ludolpho filiis fuerunt Bruno, Ecbertus Ultimi Ecberti pater, & Otto dominus terrarum ad Visurgin propè Vuestualiam, qui ab Henrico quarto Bauariam recepit. Sed ob conſpirationem factam in Imperatorem, iterum excusus Henrico Craſſo, seu pingui filio comitatum in Ringelheim cum dominio terrarum ad Visurgin reliquit, ut dicatur. Sed Henricus Sanctus hos testamento præteriit. Id vel persuasum conjugi, vel ob preſtitam in bellis operam factum esse ratiocinor. Non recte verèque ratiocinatus est Cario, neque enim ob eas cauſas Henricus testamento præteriit Saxones, quas Cario narrat; sed quod Saxones non essent e stirpe Henrici, nec Henricus e Saxonum gente, duceret genus: Non repugno tamen Cunegundis fratri concessum principatum Bauariæ vel ob preces Augustæ, vel ob nauatam in bello operam.



S. CHVNE.

S. KVNEGUNDIS IMPERATRIX, CONIVNX, VIRGO.



39

Edomat indomitas Aetnaea potentia cautes,

Et molit in cineres cornua dura focus.

Expugnat solidum chalybis fera flamma rigorem;

Lædere virginos cur timet illa pedes?

Rupibus et saxis, et dentibus atq; metallis

Fortior est tonoræ Virginis ergo pudor?

Coniugis intacæ Cæsar miracula palles?

Parce metu: castum styx timet ipsa torum.

S. CHVNE-




S. CHVNEGVDNIS

A V G V S T A.

 Hunegundis Mosellana Sigefridi Metensis reguli tidem au-  
fia, Henrici S. conjunx, desponsum Deo florem Vir- dores.  
ginitatis, apud virum, per inuidiam & artes impurissi- Crancinus,  
mi hostis cacodæmonis, in suspicionem adductum, Lapoldus,  
grauissimo cudentium igne vomerum experimen- Babenbur-  
to (a) judicioque exploratum, comprobauit. Verita gus. Tri-  
enim est flamma lædere illam, quæ illæsum Deo virōque torum & themus de  
pudorem conseruārat. Nec contenta hac pulcherrimā virtute, quā Viris illus.  
Pulcheriam Augustam Marciani vel æquauit, vel superauit, ab Im- Ord. S. Be-  
peratoris Henrici obitu, vittā sacrā, pro coronā, sumtā, solenni ce- ned. Scri-  
remoniā, fese rebus humanis omnibus abdicauit, Christōque cæle- ptores Ger.  
sti Imperatori in Cœnobio Virginum ab ipsā quondam extructo Surius to,  
Babenbergæ in S. Benedicti familiā se totam (b) emancipauit. Cælo II. 3. Mart.  
adscripta, terris ejusmodi exemplum reliquit, quod omnis posteri- passim alij.  
tas adhuc miratur, nemo in tanto fastigio imitatur. Qui plura desi- Gretserus  
derat, apud Gretserum in SS. Bambergensibus, nuper editis, cognoscet. in SS. Bam-  
bergens.

(a) *De hoc genere purgationis per ignem disputat fuscus Mart. Delrinus Disquis. Mag. lib. 4. q. 9. sect. 3. ubi*  
*varia adducuntur exempla.*

(b) *Obiit A. C. M XL. Lege Arnoldum VVionem 3. Marty.*



T S. GODE-

DE S. GODEHARDO EPISCOPO.

S. GODEHARDVS

EX ABBATE ALTACHENSI,

HILDESHEMENSIS EPISCOPVS.

Al. Gode  
hardus.  
Godehardus.  
Gothehardus.  
MS. Code  
hardus.  
IV. May.  
Surius  
eod. Do  
alib.



D Altachium inferius (a) honestis (b) parentibus natu-  
tus, ibidem primum facrorum ordinum gradum hy-  
podiaconi indeptus, religionem (c) profitetur, à san-  
cto VVolfgango Sacerdotio iniciatur, tandem Cœ-  
nobio Abbas præficitur. Postremo Episcopus Hildes-  
hemensis (d) creatur, opera supra naturam mirifica pa-  
trat. (e) Perduelles ex subjectis quosdam anathemate iectos cùm fa-  
cificij tempore templo de more excedere jussisset, illique contu-  
maces restitarent, ex dudum (f) sepultis, quos anathematis vincula  
strinxerant, de tumbis surgunt, templumque egrediuntur; quos pu-  
dore suffusi, viui illi rebelles etiam sequuntur. Godehardus adhor-  
tatione acri ad subiectos, quibus mortuos obsequentiores haberet  
viuus adhibitâ, defunctos censurâ soluit, qui capita pontifici incli-  
nantes ad suum quisque tumulum redeunt. Decessit Anno Christi  
MXXXVIII. (g) Multa vbiique mentio sanctissimi viri, quem Inno-  
centius II. P. M. (h) in Viennensi Concilio Diuorum Albo adscri-  
psit. Vita extat apud Franciscum Haræum. Est & in MS. Cœnobij  
Altachensis.

(a) In Boicâ. (b) E Comitum Schyrensum stirpe oriundum tradunt Lætina, Crancius, alij. Negant MS. Elun-  
dinus, alij. Hundius Rotmundum Godehardi patrem nominat. (c) Anno Christi CMXCVII. (d) MXXII.  
MS. & impressus Lipsia. Anno Christi MDXVIII. (e) Ex MS. B. inferioris Althache. (f) Non ab similia  
in Meneis Greco. XV. Octob. de Martre Monacho: apud D. Gregorium in vita Benedicti: Maffeum Hisp. Ind.  
l. s. plura in primâ parte Viridarij Sanctorum XV. Octobr. (g) Arnoldus VVion lib. 3. ligni vii.e. 4. May.  
plurimos laudat. (h) MS. Remensi vitiis, vii in numero ibid. peccatum. Nec in Pontifici nomine paſsum  
confirant. Anno Chr. MCXXXI. Al. 1730.

S. GODE-

S. GOTTHARDVS EPISCOP. HILDESHAIM BOIVS.




Dum iacit in duros antistes fulmina ciues,  
Nec Cives Patris fulmina lacta paueat:  
Horrida Ponificis sensere conitrua Manes,  
Et pauidi tumulos deseruere suos.

Attoniti stupuere omnes, similesq; sepulcris  
Viui, mox culpas erubuere suas.  
Ite p; Manes, viuunt modo mortua virtus,  
Viuorum virtus examinata iacet.

T 2

S. OTHO



S. OTHO EPISCOPVS BABENBERG. POMER. APOSTOLVS.




Maxima Pontificis virtus spectetur OTHONIS,  
Cuius ad imperium D<sup>omi</sup>n<sup>is</sup> De<sup>o</sup>g<sup>o</sup> cadunt.  
Mutus Apollo tacet, timet Herculis ira tiaram,  
Nuru sternuntur Iuno, Minerua, Venus.

Mars Fremit extortam sibi cum legionibus hastam;  
Iupiter ipse iacens fulmina fracta gemit.  
Ad pia signa CRUCIS pia gens POMERANIA currit:  
Rursus aberrantem nonne reducis OTHO!

T 3

S. OTHO



## S. OTHO ANDECENSIS

EPISCOPVS BAMBERGENSIS,

APOSTOLVS POMMERIANÆ.



Obilissima & religiosissima Andecensium comitum stirps, Ecclesiam sanctâ fæcunditate ditauit, cælum Diuus auxit, pietatis exēpla terris immortalia reliquit, cuius illustre fidus fuit Otho Bertoldo II. creatus Mechtildis germanus, qui sanctitatis famâ orbem impleuit. literis à puero eruditus, easdem mox in Poloniā profectus juuentuti tradidit. Dein legatione Ducis Poloniae Polislai perfunctus, (a) Henrico Imperatori ab Epistolis & facellis fuit, quo agente tandem Babenbergenis Ecclesiæ curam & Episcopatum, cùm duos jam (b) recusasset, accepit, magnâsque res cum virtutis studio, tum populum pro concione docendo effecit, variâ que Cœnobia & templa partim condenda, partim instauranda curauit. Polislaus cùm Pommeranos bello subegisset, eosdem cupiebat Christianâ disciplinâ ad cælestem cultū informari. (c) Othonem ad hoc diuinum diuinæ legis promulgandæ munus inuitat, qui acceptâ ab Honorio Pontifice R. potestate, faustâque comprecatione eam gentem, quamvis horridam ac barbaram multis passim & ingentibus editis miraculis, magnâsque laboribus & periculis defunctus cælesti fonte tinxit, & ad omnem vitæ humanitatem ac honestatem traduxit. Postremò vitæ tumultuosæ pertæsus, cùm ad religionis statum veluti quietis diuinæ portum aspiraret, frustra sacrum abdicare magistratum conatus, eundem administrare, quoad vita superesset, iussus est. In Moguntino Concilio patribus adsedit. Vitâ tandem & æuo laboribûsque exhaustus religiosissimè diem obiit extremum, cui funebrem dixit laudationem Imbrico pontifex Heribolensis, quæ & hodie legitur. Vixit annos LXX. migravit M C LXXXIX. Non. Iulij, (d) consecratus à Clemente III. Colitur Babenberga in Cœnobio Montis. Plura cognoscens apud Iacobum Gretserum, qui singulari Volumine DIVOS BAMBURGENSES ante biennium edidit, vt proinde non operæ sit, auctum agere, cùm liber in promtu sit.

(a) schismatico, sed confirmato à Paschali II. P. M. (b) hinc dictum est HYMILIS. (c) AuctoR Othoni aequius, tres libros de rebus Othonis Episcopi scripsit. *Lege tom. II. Antiq. lect. ex quo hæc potissimum depropria- mua.* (d) *Creatus Episcopus. M. C. Baronius Annal. 12. ex Canisij, Antiq. lect.*

DE S. GVNTHERO  
S. GVNTHERVS  
MONACHVS  
ET EREMITA.

1555.  
Author a-  
equalis a-  
pud Henr.  
Canisium  
Antiq. le-  
ction. Vo-  
lum. II.  
p. 165.  
Hundius  
Metrop.  
Sal. p. 117.



Hoc acci-  
dit ante-  
quam Ste-  
phanus ef-  
fet Christi  
annus.

Ognatus hic S. Stephani Pannonum regis, apud Turo-  
gos regia stirpe oriundus, cùm ex ephebis & adoles-  
centiā etiam excessisset, vitæque eum solutionis ad-  
modum poeniteret, vocatis in consilium cogitationi-  
bus, cœpit fastidire omnia præsentia, cælumque toto  
pectore ardere. Abit ad Cœnobium, genus vita ordinis  
tur laboriosum, nec satis expedit rationes fortunaru, quibus abun-  
dabat, donec S. Gothardus Altaiae in Boicis antistes, illum seueriore  
periculi denunciatione territum firmauit. Exin ingentes facere pro-  
gressus in curriculo virtutis, opes omnes negligere, seipsum abjice-  
re, parere non majoribus, sed paribus & humilioribus etiam, seuerè  
in se animaduertere, nec legibus aliorum rigidis contentum, addere  
insuper alias corpori afflictiones, & paulatim in sanctitatis opini-  
onē venire. Iam ad Stephani regis aures fama cognati delata, etiam  
animum incéderat cupidine Guntheri coram spectandi. allegantur  
ad ipsum, qui humaniter inuitent ad Pañonias & regem visendum;  
recusat ille, p̄fatus, se in alterius regis & Christi auctoritate esse, om-  
nibus propinquitatibus defunctum. sed iterum ac tertium vocatus,  
cum fausta religiosorum imprecatione se cum legatis dedit in viâ  
salutatus à rege ingenti gaudio perfuso, regioque epulo exceptus, à  
carnibus tamen omnino abstinuit. Sed iterum ac s̄p̄ius à rege fati-  
gatus, vt saltem ex pauone apposito aliquid gustaret, ne durus in  
regem & hospitem, & cognatum videretur, nihil ille quidem de ali-  
te attigit, sed capite in manus fuso, Deum precibus & lacrimis adiit,  
vt sine offensa regis, saltu suis legibus à mensa surgeret: impetravit,  
vt rediuiua auis ē patina ingenti prodigo auolaret: vnde rex, om-  
nisque aula attoniti, de cætero Guntherum vrgere ad gustandas car-  
nes desierunt. Ipse cum aliquot familiaribus inde in saltum Narval-  
densem Bohemiæ bonâ sui præsidis venia secessit, ibique septem &  
triginta annos religiosissime vixit: quoad à Bredislao Sarmatarum  
& Boëmorum principe Venationibus intento deprehensus, in alte-  
rum illi diem suum ē vitâ discessum post diuturnam & religiosam  
sermocinationem aperuit; qui primâ luce cum Seuero antistite ad  
ostium


S. GVNTHERV MONACH. ALTACH. ANACHORETA. *taqadia*

42  
Nou est, falleris, hac beata non est,  
Quam vos creditis esse, vita non est  
Fulgentes digitis videre gemmas,  
Regales daphnis grauare mensas,  
Aut auro bibere, et cubare coco,  
Aut testudineo iacere loco,

Et pluma latus impedit molli:  
Sed gemmas, adamantas, uniones,  
Et flauum radiantis es metalli,  
Et caras Tyrij ruboris undas,  
Et Citri' naculas, oblong' setas  
Regalesq' dapes, cupediasq'

Fastidire, Deiq' post habere  
Peroq' astum properare pung' frigus,  
Et per paupertem, siti' famemq'  
Ad Diuum ambrosiam et perenne nectar,  
Et nunq' caritura fine regna:  
Hec non falloris, hac beata vita est.

ostium



ostium Guntheri adest, cælestem agnum in viaticum porrigi jubet, ubi ille inter priorū lacrimas & vota expirauit. anno Christi c i o . x l v .

vii. Idus Octobris. Corpus per jumenta jugi insueta ad Brunouien-  
se Cœnobiū deductum, prodigijs vitæ prioris sanctimoniam

ostendit, ipse cælestibus post religionibus consecratus.

Auctor idem fuit Cœnobij Rinichnachensis Altachensi inferi-  
ori per Henricum Imperatorem ipsius rogatu Guntheri subjectum,  
adjecit Kunigundis & Gisela illa Henrici sponsa, hæc Con-  
radi conjunx prædia & siluas, aliisque

principes auxere.

Hermannus  
næc con-  
tractus.  
Hundius  
de Canob.  
Rinichna-  
chenſe



S. REGIN.

DE S. REGINBALDO  
S. REGINBALDV S  
EX ABBATE S. VDALRICI AVGVSTÆ, EBERSPER-  
GENSI, LAVRISHAIMENSI, EPISCOPVS SPIRENSIS.

CXXXI.  
CXXXIX.  
Ex tabula  
Ebersberg.  
Chronico  
Spirensi  
Episc.  
Catal. ab-  
bat. S. Ve-  
dalrici.  
Annal.  
Laurishai-  
mensibus.  
Bruschius  
in abb.  
Mon. S. V.  
dal. ang.



Reginbaldus, vel, vt in Eberspergensibus chartis lego, Reginboldus, seu Reginboldus, August. Vnde. Ebersperga euocatus, vndeclimq; annos in Boicâ versatus, magnam sibi virtutis & pietatis laudem collegit. Sed præcipuè benignitas ejus in pauperes p̄dicatur. Ebersperga ad Lorishamense Cœnobium missus à Conrado Salico demum impositus est sedi apud Nemetes Spirensi, pontificemque egit annos vii. qualem decebat illum, qui ex longâ & reliquias disciplinâ ad infulam inuitus esset protractus. Traditur ex S. Vdalrici gente Dilinganorū Dynastarum profectus. Abbatem Augustæ scribitur egisse anno Christi c. 10. xii. nec amplius triennium præfuisse. Chartæ Eberspergenses mendo sum habent numerum, quando signant annum c. 10. i. & Henricum III. procùl omnia à vero, vt ratio temporum docet. Agnosces hunc etiam inter Diuos Augustanos, vbi res ab eodem gestas compendio scriptas leges. Laudatur ejus pensilis lychnuchus Spiræ, hodiéque in æde summâ spectandus, & hoc carmine, quāuis rudi, circum extremâ orbitâ inscriptus:

Cernitur in medio Seraphin celissimus ordo,  
Eximius meritò qui præsedit altus olympos.  
Et Cherubin dictus celissimus ordo secundus  
Hinc angelis similes consistere laude tonantis.  
Cætus & angelicus reliquis Sanctis venerandus  
Collaudat Dominum propriâ Deitate respectum.  
Formantur verè post almi quinque Prophetæ  
Spem magnam nobis qui prædixerè salutis.  
Virgo Deigenitrix, spes mundi, gloria, nutrix,  
Gemma pudicitie, regali nata radice.  
Hinc Patriarcharum deuotus cerne senatum,  
Hospitio Dominum qui sapè recepit alendum.  
Virgineo VERBUM portâli corpore CHRISTVM,  
Quæ Regem Regum generans sub tempore legum.  
Hinc duodenus apex, quo discrimine judex  
Secernit justos ab iniquis igne cremandis.  
Istud non magnum dignanter suscipe donum,  
Quod Reginbaldus tibi præsul reddo misellus:  
Munere sed paruo vide as me cordis in arvo  
Offe dabit mentem, simul & prolongat agentem  
Pro peccatorum miseranda mole meorum,  
Non tantum presto, quantum tibi debitus exsto.  
Si Pater ac Natus Deus unus Spiritus almus  
Et quod velle meum tibi plus donare paratum.  
Posito spiritu, cælo receptus est c. 10. xxxix.

S. REGIN-

## S. REGINALDVS EPISCOPVS SPIRENSIS.



53  
 Odit quarentes, fugientes GLORIA querit;  
 Ut sequitur corpus, corpus ut umbra fugit;  
 Vnde tibi surgunt tot REGINALDE tiare?  
 Cui gravis omnis apex, est honor omnis onus;

Scilicet ut Ferrum dicit Magnesia cautes,  
 Mitrarum titulos sic tua vita trahit.  
 Rhaetia, Boia, Nemes tua præsul nomina poscomit  
 Nomina dum spernis plurima, plura capis.

V B. ENGEL-

卷之六

## B. ENGELMARVS.

ON inquiline, sed indigena fuit Engelmarus Bojorum, ruri natus, vel certe educatus, rei rusticæ operam dedit. Sed ubi paululum adoleuit, à cultu terre ad animalium virtutibus excolendum toto se pectori contulit. ac post lustrata Diuorum vestigia, cum ex institutione D. Gregorij Armeniorum pontificis (qui dimis-  
 sā clām Pontificatus dignitate in Italiam peregrē aduenit, & circa  
 Patauium versatus est) magnam rerum diuinarum cognitionem  
 hauiisset, reliquam vitam solitudinis silentio commendauit, & circa  
 VVenburgi postea conditi, saltus & nemora cum socio pedem fixit, mapale extruxit, magnāque sanctitatis famam per omnem  
 viciniam collegit. quam ipsius, verbo commilito, re vera hostis illi  
 inuidens laudem, cum ipse velut nullius pensi homo negligeretur,  
 eius interficiendi consilium cepit. Nec fuit difficile impio, viro sancto suā fide reliquos metienti, securō vitæ & insidiarum, foli & vni  
 necem moliri. Itaq; hiemante cælo, cum altæ niues terrā premerent,  
 post Christi natalitiam, nouo anno inchoante, ad ipsa Regalia, inuidus  
 alienæ virtutis spectator, auditor coactus, nō suæ laudis, furiali rabie  
 actus ad exēplum Caini Engelmarum velut insontem Abelem par-  
 ricidali manu solum in nemorum saltibus nefarius latro inuadit, cœ-  
 dit, mactat, & interemptum niuium aggere, ruderēque tegit, ac diu  
 per vicinos, quæsitis alijs atque alijs mendaciorum strophis diligen-  
 tiā vestigantium inquirentiumque elusit, donec ad usque Pente-  
 costen nullo de Engelmaro vñquam nuncio accepto; quò abiisset,  
 ubi gentium versaretur, cur insalutatis hospitibus suis, & virtutum  
 admiratoribus, discessisset, paulatim cœpit parricida in sus-  
 picionem cœdis venire. quod ille maturè sentiens, salutem fugae mandauit, nec satis constat, quo fato miser & fatalis homo perie-  
 rit. Certè Engelmarus repertus primū quidem ex præsenti copiā  
 humili tumulo conditus, dein cella ejus in ædem sacram & coeno-  
 bium versa, hodiéque VVenburgi celebratur. Henricus Canisius  
 ex antiquis Monasterij chartis reliqua descriptis ediditque. Nobis  
 satis est sanctum ex tenebris & siluis in lucem & publicam venerati-  
 onem extraxisse, cuius patrocinium velut martyris, vti spero,  
 etiam in morte sentiemus. Vixit anno post alnum  
 Virginis partum 619. LXXXVIII.

CIS LXXX  
 VIII.  
 Ex MS.  
 Monachus  
 Vnusber-  
 genst.  
 Bruschus.  
 Henricus  
 Canisius  
 to. 6. Ante.  
 Let. p. 406  
 & seqq.

Tom. VI.  
 Ant. Let. c.  
 pag. 406.

DE S. LEONE IX. PONTIFICE M.

S. L E O I X.

P O N T I F E X M.



et. 111. obij. c13  
LIV.  
Leo Offi-  
cij lib. 2.  
cap. 82.  
Herman-  
nus Cou-  
tratus  
Chron. De-  
siderius  
Abbas Cas-  
siniensis.  
Libertus II.  
Schafna-  
bargensis.  
Ordo Fri-  
singensis  
16. c. 33.  
Tassina,  
Vispergen-  
si, aue-  
nus lib. V  
p. 534. Onu-  
phrius Pan-  
ginius.  
Fundus  
Metrop.  
Cassini-  
us, aliq. q.  
plerique  
omnes Ger-  
manici  
Scriptores.  
Baronius  
Annal. XI  
Anno Chr.  
c10. XLIX.

Runo, quem Bavnonem alij nuncupat, in nostrâ Ger-  
maniâ illustri Comitum Dagspurgensium apud Elsa-  
tas genere, patre Hugone Hagenaueni, matre Heli-  
câ Oppenheimij oppidi conditoribus natus, antistes  
Tulli, (hodie Toul) apud Leucos in Belgicâ Galliâ, vir  
in paucis eruditus, Iurisq; omnis diuini & humâi pru-  
dêtiissimus fuit; quæ exempto rebus humanis Damaso Pont. M. ordo  
Romanorû sanctior missis legatis ad Henricum III. qui Romanis est  
II. (q; Henricus primus, dictus auctus, insignia imperatoria recu-  
farit, eoque nomine in censum Imperatorum non sit admissus) Fri-  
singæ Bojorum Christi nati solemnia agitantem, petiuerunt, ponti-  
ficem sibi nominari, quem ipsi delectum eligerent, & solenni cere-  
moniâ consecrarent. Placuit Henrico Bruno, quem illico cum lega-  
tis Romam misit. Ex itinere, quod per Gallias cepit, cum diuertisset  
p. 534. Onu-  
phrius Pan-  
ginius.  
Cluniacum, vbi per eos dies Hildebrandus postea Gregorius septi-  
mus P. M. creatus, seuerissimè à Coenobij Priore monitus est, vt po-  
sitâ pontificali purpura, priuatus Vrbem ingredetur, ne potesta-  
tem pontificiam à Cæsare accepisse contra morem majorum vide-  
retur, restitueret Romanis jus suum, & ab illis purpuram & sacrum  
diadema expectaret, curaturum se, vt omnia commodè transige-  
rentur. Dictum factum, Bruno à seipso exauktoratus in itinere à cæ-  
lesti musicâ exceptus, audiuit illa verba: *Ego cogito cogitationes pacis, &*  
*non afflictionis, urbem peregrini habitu, quamuis cum multo comita-  
tu multorum pontificum ingressus, omnium consensu pridie Non.  
Febr. c10. XLIX.* Pontifex dictus, creatus, & Leo Nonus appellatus,  
sanctissimè in Pontificatu gesit, Diuîsque accensus, festa quotan-  
nis memoriâ laudatur, orbemque terrarum nominis sui gloria, fa-  
mâq; sanctitatis adimpleuit. Sed mihi deliberatum non est exequi  
res omnes ab illo gestas, illa duntaxat, quæ in terrâ Boicâ præsens  
ipse gesit, libet reuocare.

Venit in Germaniam Leo Pontifex M. anno c10 LII. rogatu Andreæ regis Vngariæ ad componendam pacem inter Imperatorem  
Henricum & ipsum, simûlq; ad petendum militem & auxilia con-  
tra Nortmannos, qui prouinciam pontificiam vexabant. Sub eam  
occasionem dum Ratisponæ, (quæ sedes erat eâ tempestate, &  
aliquandiu pòst, principum Bojorum) Pontifex cum Henrico  
moratur,

## S. LEO IX P. O. M.



Absens pontificis crucis almae dextra tropae  
Dedicat inscriptum dextra Leonis opus.  
Quid faciat prasens, absens cum talia possit?  
Est Deus in sancta prasulis ipse manu.

45  
Qui rerum dominum, cœli terraq. potentem  
Conutum meruit sanctus habere suum  
Tergeminum maius Germani sanguinis heros  
Antistes fecit religione decus.

V 4 moratur,

2. TIEO IX P. Q. W.



moratur, declarat publicâ auctoritate tabularum (quæ hodie leguntur, & subscribi possent, nisi apud Baronium extarent) seruari Rataponæ S. Dionysij corpus, furto per Arnulphum Imperatorem Parisiis olim sublatu, indeque Ratisponam deportatum. Sed contrâ Rigordus historicus gente Gallus, qui sub Philippo Ludouici F. scripsit, exerte obnittitur, docetque S. Dionysij sacra pignora custodiri Lutetie, nec vñquam fuisse inde sublata, literas esse confictas à Boijs; quod mihi procul à verâ videtur ratione abesse. Quæ enim cauſſa Bojos adegiffset litterarum excogitandarum, si Dionysio caruiffent? aut quorsum illa opinio gentem inuafiffet, si non Imperator ipſe Arnulphus corpus in Bauarium tranſtuliffet? an vt vñbram Dionysij, vel cærula cæli adorarent?

Præterea diploma Leonis pro Boijs, vt ipſe Baronius affirmat, in veteribus pontificū Romanorū scriptis repertū ex Antonio Auguſtino posset hīc collocari, niſi apud Baronium legeretur. Quid ergo Bojos de literis confictis accusant? Otho tamen Frisingensis videtur rem in medio relinquere. sed quamobrem? Eod. loci Leo, S. VVolfgangum & Erhardum antistites olim sanctissimos Ratisponæ, multisque mirandis operibus viuos mortuosque fulgentes, cælesti inter Sanctos religione colendos præcepit. Idem ædem S. Emmerami corruptam incendio, instauratamque reſecrauit. Dedicatum ab eod. Sacrarium Simonis & Iudæ ſupra fornicem (in capitulo) curiæ contiguum. Ratispona dein Noribergam proficifcenti occurere duo quidam viri illuſtres ex Schyvarzeburgiorum dynastarum gente, ſupplicesque rogaueſe, vt paullulum flecteret iter in latus, vbi in conſpectu ædificiam S. Crucis conſtituerant, & ſacellum ſacra ceremonia dedicaret. Leo non digreſſus loco, ſed protensâ manu ſignum S. Crucis expreſſit, abſensque locum conſecrauit. Quare conditores haud contenti instabant, ne grauaretur, ipſe accedere, & aras initiare. Tum deinde Pontifex, ite, inquit, & niſi ritè luſtræ ædis ſigna expreſſa deprehenderitis, reuerſi me reuocate. Abière, domum ſacro oleo delibutam offendere, cruces, literas in puluere ſcriptas, & alia luſtrationis peractæ certiſſima argumenta; nec dubitauere, quin Pontifici cælites ſubministrârint. Hæc & his plura tum in Boicâ, Rhetiâ, aliisque Germaniæ partibus Leo præſens egit. Celebrant omnes ferè ſcriptores ſingularem ejus erga miſeros benignitatem, quibus ſolitus eſt quotidie apponere mensam. Fœda lepræ ſcabie horrentem olim in ſuum ipſe lectum deduxit, & poſtea requiſitum nullum inuenit, nemine dubitante, quin Christum eo corporis habitu excepiffet.

B. RAM.

*\* qui nec  
Germanus  
nec Galus,  
sed Hispæ  
nus fuit.*

DE S. RAMVOLDO ABBATE.

B. RAMVOLDVS

ABBAS AD S. EMMERAMVM RATISPOÑÆ.

CCIO. na-  
tus.  
CIO. obit.  
Arnulph.  
comes &  
monachus  
Ratisp. in  
Vita S. Em-  
merami.  
Canis. An-  
tiqu. Lett.  
tom. II.  
Monumē-  
tum S. Ra-  
tis. alij.



Amuoldus apud Franconas equestriloco natus anno post virgineum partum nongentesimo primo, posito literarum politiorum tirocinio, sacris animum & literis & ordinibus adjecit. Nam ex ephebis egressus Treuiros petijt, Henricóque pontifici Treuirensi, cuius in D. VVolfangi rebus mentionem fecimus, à Sacellis fuit, eo ipso tempore, quo S. VVolfangus patruelis ejus, Ratisponensem pontificatum administravit. Erat id ætatis Episcopus prouinciae, simul antistes & Abbas ad S. Emmeramum; sed hactenus, vt nomen duntaxat, non onus ferret, aut munus Abbatis administraret, quo siebat, vt disciplinâ Cœnobij laboraret, & grex admodum errabundus pastorem desideraret. Quod diligenter animaduertit Sanctus VVolfangus & Treuiris Romualdum, cuius emendatissimam vitam accurate didicerat, euocatum suo nomine monasterio præfecit, ipséque vltro in omne reliquum tempus præfectis cœnobij suum officium administrandum commédauit, nec ad Episcopatum reuocauit. Quod adeò feliciter cessit, vt odore Romualdi, quem virtus religiosissimi viri per omnem Boicam, Sueuiam, & Germanias terras sparsit, tracti haud pauci bono genere nati, se in ejus disciplinam ad virtutem erudiendos, & opes immortales quærendas, relictis mortalibus committerent. Ipsi interim ingens cura pauperum, quibus duo domicilia constituit, alterum quo peregrinaduientes exciperet, alterum quo corpore debilitatos curaret, quibus non solum ad vsum vitæ necessaria suffecit, sed ipsem vbi vsum erat, vltima seruorum officia exhibuit. Quibus rebus efficiebat, vt ad modum S. Tobiae amissio repente lumen vsum, per biennium suam D<sup>e</sup>o tolerantiam probaret, quod adeò patienter præstit, vt magnas etiam Numini gratias haberet de oculis extinctis. Enim uero nullo inter a loci munere officij intermissio, perinde rem gerebat, ac si oculatissimus esset, quamuis in administranda re familiari alienis oculis fidere cogeretur. Exactis inde annis duobus, dum quadam n<sup>o</sup> tu ardentibus votis cælum pulsat, totóque corpore se humili in æde sacrâ ad cineres S. Emmerami prosternit, Christumque ante ora in cruce pendentem veneratur, prolapsus præter vsum, in somnum vsum est sibi videre Christum ex arbore sacrâ descendenter, geminósque ex arâ cereos ardentes oculis admouere, quorum calore

S. RAMVOLDVS ABBAS AD S. EMMERANVM.




Hic luctatorum, pugilum colit ille palastras:  
Sæua, lanista, tibi MARTIS arena placet;  
Virtutis Circo RAMVOLDVS presidet, ex quo  
Tot mittit claros religione duces.

WOLFGANGVS facit STADIA RCHAM, premia calo  
Athletis cali conditor ipse dabit.  
I pugil, i cursor, luctator, olympionices:  
Hoc qui victor erit præstid, semper erit.

calore

RANULPHUS LIBRARIUS ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR.



150  
RANULPHUS LIBRARIUS ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR.

150  
RANULPHUS LIBRARIUS ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR. ET CANTABR. LIBRAR.

calore excitatus, repente circumspexit, omniaque clarâ in luce sita, sensit videndi beneficium sibi restitutum, cui rei specilla ocularia testes admirandi facti in æde S. Emerici pro anathemate suspendit. Inter hæc exortâ graui procellâ tempestatis, ruptisque pacis vinculis, in mutua arma ab Henrico Bojorum regulo, & Bertholdo Palatino, ac Imperatore Othonem itum, obsessaque regia Bojorum Ratispona. VVolfgagus jam antè in rupes Salisburgenses clam secesserat; Ramuoldus quoq; Treuiros ad S. Maximini redierat, quoad Mars detonaret, grataque concordiae serenitas Boijs refulgeret: cum ad suos reuersus Ramuoldus, magnos pignorum sacrorum thesauros secum detulit, eoque loco depositus, quo jam olim, pagani rerum potiti, magnam vim Christiani sanguinis profuderant, crys-  
Arnulphus  
Comes.  
Vitus A-  
lebeckus.  
alij.

ptamque molitus, arasque positas S. VVolfgangus SS. Trinitati dedicarat. Ipse secundum S. VVolfgangi supremum diem calumnijs apud Cæsarem appetitus, multaque indigna passus, sero tandem cognitâ à Cæsare Ramuoldi innocentia, principi recociliatus, diem suum sancte feliciterque obiit, cum annos vixisset omnino centum qui Christi erat c. 15. i. compositus in tumulo, quem ipse sibi quinto decimo anno prius quam defungeretur, fodi curarat. Mortem Henricus Bojorum princeps, idemque mox Imperator, aut certe pater Imperatoris, adeo familiariter tulit, ut cum Gebhardo antistite Ratisponensi accurreret, & ipse desiliens in scrobem corpus ejus exciperet, componeret, & humaret, quod olim haud paucis claruisse miraculis cognoui. Epitaphios ad S. Altare in ipsa crypta hic etiam hodie legitur.

B. RAMVOLDVS D. WOLFGANGI PATRVELIS COGNATIONE, AMORE, PIETATE ET ORDINE GERMANVS, VIR VITA ET CONVERSATIONE INTEGER ATQUE SANCTISSIMVS, EX TREVIRENSI VRBE ET MONASTERIO S. MAXIMINI A S. WOLFGANGO EVOCATVS ANNO 975. HVIVS LOCI ABBAS CONSTITVITVR, VBI IN LABORE ET c. 15. lxxv SOLlicitudine PASTORALIS VITÆ STRENVE DESVDANS, MAGNO SE ARDORE ET CONATV ADVERSARIIS OPPOSVIT, PLVRLVMQVE PRO LIBERTATE MONASTERII HVIVS LABORAVIT. OTTONI II. ROM. IMP. SEMPER AVGUSTO APPRIME CARVS, MIRO DEI IUDICIO BIENNIVM CÆCVS, MIRACVLLO CRVCIFIXI AD SEPVLCHRVM S. EMMERAMI VISVM RECEPIT. CRYPTAM HANC AD SANCTORVM ET POST. MEM. A FUNDAMENTIS EXCITAVIT ETC. TANDEM CVM XXVI. ANNOS, MENSES V. DIES XVII. SANCTISSIME REXISSET, FEBRICVLA CORREPTVS ANNO DOMINI c. 151.

\* KAL. IVLII, ÆTATIS SVÆ C. BEATO FINE QVIE-  
\* xv.  
 VIT, MIRACVLIS CLARVS.

DE S. THIEMONE MARTIRE

S. THIEMO

M A R T Y R

ARCHIEPISCOPVS SALISBURGENSIS.

cto cl.  
Vita apud  
Hearcum  
Cant. Ans.  
Lect. tomo  
IV. & VI.  
Card. Ept.  
Salisb.  
Obit. Vt.  
I. VII. & XI.  
V. Kingar.  
I. de Guel.  
fi. Trith.  
ib. 4. cap.  
CXXII.  
de Sors il.  
lafr. Ord.  
S. Petri.  
Id. Chron.  
Hr. Ang.  
Hundius  
Met. Sal.  
Baro ius  
tomo VII.



Hiemonem, quem & Theodamarum & Diethmaru  
lego vocatū, ab illustri Bojorum gente progenitum,  
facile ostendit generosissima ipsius indoles, quæ ma  
ximis & maximè arduis in rebus semper enituit. Con  
radum Medlingensem comitem habuit cognatum,  
vnde cognoscis de stirpe. Primam adolescentiam in  
gressus se contubernio S. Benedicti addixit in cœnobio Altachensi,  
vbi Deo sanctissimè operatus, disciplinis etiam liberalissimis ingen  
ium, quod illi natura felicissimum indulxit, egregiè excoluit, omnèq;  
literas nullo negotio perdidicit, plurium adhuc capax etiam pingè  
di, fingendi, cælandique artificia complexus, veluti mollis cera om  
nes formas accipiebat, Iam si virtutis habitum, cultumque specta  
res, mirabantur hi singularem in tam excelsa indole modestiam;  
laudabant alij sinceram morum integritatem; venerabantur illi ma  
turam in adolescente prudentiam: Inuidebat (vt solet hostis cum  
futuros magnorum ingeniorum fructus auguratur) cacodæmon  
tam felices præstantis juuenis progressus, omnibuscque artibus ipsi  
us constantiam aggressus expugnare conabatur. Nec semel, iterum,  
ac saepius repulsus tamen cedebat, majoribus identidem machinis  
admotis tamdiu arietibus pectus Thiemonis quassauit, donec Thi  
emo propemodum fatigens septa claustris egressus abituriat. Hoc  
enim infidior agebat, vt illum à sodalitate bonorū auulsum, solū  
aggrederetur, & importunis tentationū telis oppressum in morte  
daret. Sed enim Thiemo vix pedem domo extulerat, cum facti pœ  
nitens iter simul & mentem correxit, recurritque eadē, quæ abie  
rat, viā ad salutis asylium, ac religionis portum, omnium gratulatio  
ne exceptus, quamvis ipse sibi judex durior satisfacere legibus ma  
jorum conaretur. In sequente proximā nocte veluti prostrato jam  
hoste, cœlesti viso recreatus didicit, & se Salisburgensi infulā dignan  
dum, & olim Christi legem sanguine apud Barbaros testaturum.  
Moderabatur id temporis Salisburgi cœnobio S. Petri Irembertus,  
sed pertinaci morbo afflictus non erat oneri ferendo, eoque se vtrō  
magistratu sacro abdicauit, suūmq; munus Thiemoni ex Altachensi  
scde jam famā celebri per Gebhardum pontificem Salisburgensem  
euocato

## S. THIEMO ARCHIEP. SALISBURG. M.



Heu crudele nefas, scrutatur viscera ferro  
Pontificis, ferro durior ipsa manus.  
Quid rabiose latro queris, vitamne, fidemque?  
Ut vitam possis tollere, tolle fidem.

Non acies centum, non agmina mille mouebunt  
Pontificem, non si totum Acheronta trahas.  
Hac vis est Christi: non ipsa potentia mundi  
Vel mentem queri flectere tota queat.

2. JAHRE 1790-1791

2. JAHRE 1790-1791



euocato commisit. Quod Thiemo suscepsum cum ingenti curâ, nec minori prudentiâ & laude administravit. Sed cùm atrox in Ecclesiâ dissidiorum orta tempestas orbem concuteret vniuersum, orbis capitibus Pontifice & Cæsare inter se dissentientibus, fulmen hoc etiam Salisburgensem prouinciam afflauit, cùm Gebhardus religiosissimus antistes contra Henricum diris execrationibus deuotû, & ab Ecclesiæ societate proscriptum, pro Gregorio VII. P.M. staret, eoque nomine & ipse gradu per Cæsarem dimotus esset, occupatâ à Bertholdo Gebhardi Cathedrâ, ne Thiemo sanctiores partes secutus, contra Rom. Pontificem cogeretur sentire, inde in Sueuiam profugit, adésque illic sacras Schaffhusianam & Hirsaugensem lustravit, quod id æui illa duo Cœnobia maximè famâ virtutis & optimis institutis florerent, hæsitque totum triennium in postremo; vbi perinde se gessit atq; vnuus alijs de grege, ad omnia religiosæ disciplinæ officia demissus. Tum deinde ratus mitiora tempora secutura, simul ad suos redijt, à Bertholdo nunc promissis inuitatus, nunc minis impulsus, vt in ejus & Cæsarisi partes concederet, cùm nullum periculorum exitum domi reperiret, iterum profugus in Admontanum cœnobium haud multis ante annis à Gebhardo apud Tauriscos in Stiria, magnæ Dei matri & S. Blasij venerationi constitutum secessit. Interea Gebhardus cum illustri sanctitatis, fidei & constantiæ laude ad Superum societatem euocatus, sedem à Schismatico per vim occupatam, Thiemoni eorum consilio, qui sanam Pontificis rationem & auctoritatem sequebantur, & Bertholdum lupum non custodē gregis arbitrabantur, reliquit. Bertholdus amoto Gebhardo tutam sibi pontificatus Salisburgensis possessionem relictam existimans, omnia sibi Archiepiscopi munia vendicare voluit. Sed vbi de creatione Thiemonis cognovit, sanè perturbatus contra æmulum & legitimum pontificem auctoritate & factione Cæsarisi vehementer auctus, arma sumvit, & Thiemonis copias nondum satis confirmata aggressus partim fudit, partim fugavit; ipsum Thiemonem fugâ clavum, ac per Taurum montem apud Tauriscos incidentem cepit, totoque quinquennio in vinculis habuit, & omni genere ærumnarum exercitum postremo etiam occidere virum sanctum impius decreuit: hi enim sunt schismaticorum & hæreticorum æterni fructus, arma, cædes, rerumque publicarum euersiones. Immisus in carcerem percussor, cùm sceleratam securim in sacrosanctam cervicem stringeret, sanctum præfatis caput ære solidius, vt illius apud S. Hieronymum fæminæ septimum iætæ, ictum lictoris elusit; qui proinde ac si casu ferrum à destinato exerrasset, altius sublatâ dextrâ,

X 3 quasi

DE S. THIEMONE MARTYRE,

quasi grauiore, certioréque vulnere sacrum os Thiemonis præcisi-  
rus, telum imminentí suprà tigno impegit, fregitque, actum de-  
mum aduertit, se cum cælestibus pugnare; abiectaque; ascia, damna-  
tóque scelere, pedes præsulís suppliciter complexus, veniam impijs  
conatibus postulauit, illicoque impetravit, monuit tamen eundem  
Thiemo, videret, quomodo cælestè numen placaret, cui ipse facta  
delicti venia, non præscriberet. Nondum Bertholdus, quamuis  
scelere victor, arma victoria circumferret, omnem Thiemonis re-  
gionem suæ ditionis fecerat. Hærebat Vdalricus dynasta, dux copi-  
arum pro Bertholdo & Cæsare propugnans in obsidione arcis Thie-  
moni fidæ, opere locique ingenio egregiè munitæ, commeatu etiā  
præuisa antea belli tempestate, copiosè instructæ; cùmque nullam  
potiundi castris spem esse videret, vinclum adduci jubet Thiemonem  
cum necessarijs & amicis ad obsecros, minatürque; ultimū supplicium  
pontifici, ni se præsidiūmq; dederent Bertholdo. Expectabatur, quid  
religatus ad robur Thiemo p̄ciperet obsecros, sperabantque; omnes eū  
& suo, & suorum periculo permotū loco & possessione cessurum;  
cùm ille imperterritus, & conscientiæ testimonio securus: res non  
esse suas, sed Ecclesiæ atque S. Ruperti, proinde se non posse, quod  
suum non esset, hostibus Ecclesiæ contrajus, fas, fidemque prode-  
re; statuerent de se & propinquis, quod videretur. Sibi decretum  
esse pro Christo & Ecclesiæ potius occumbere, quam Deo fidem fal-  
lere. Reductus tamen in custodiā paclūsq; clām pecuniam excubi-  
tori, euasit in Sueiam, liberaliter à Gebhardo Constatiensi antifliti-  
te acceptus, aliquandiu in vicinis cænobijs pacatè vixit, ac demum  
consilium cepit Hierosolyma petendi. Godefridus ante paucos an-  
nos Vrbē & regno potitus, rem Christianam in Palæstinā feliciter &  
fortiter agebat, crebrisque nuncijs auxilia ex occidente petebat, ne  
multitudine hostium circumuentus opprimeretur, nam Christiani  
illic etiam secundis prælijs tamen paullatim atterebantur. Thiemo  
cum Sueuā & Bojcā nobilitate duce Guelfone iter aquā ingressus, &  
in orientem transgressus, Guelfone circa Paphum insulā extinto,  
in Galilæam, haud procūl vrbe, cui olim Corozaim ex aduerso Ca-  
pharnai interlabente Iordanē sita transmisit, vbi à paganis Turcis &  
Saracenis circumuentus, ac pedicis indutus, cùm ex veneratione  
popularium, & oris dignitate, regioque corporis habitu princeps  
appareret, ad tyrannum deductus est, rogatusque, quas artes calle-  
ret? Hic Thiemo se Christi præconem, atque architectum affirmabat,  
qui cælestis templi fundamenta collocaret. Iussus istiusmodi  
facessere, & si quid in statuariā pingendi singendiue disciplinā pos-  
set,

set, cdere. Annuente Thiemone, paganus sibi tanquam rem factam haberet, de nobili artifice gratulatus, simulacrum Mahumetis peruetustū, & vitio ætatis corruptum, manūsq; truncum integrare jubar. Poscenti Thiemoni malletus porrigitur, quo ille totum tartarei monstri domicilium & oraculum toti viciniæ pro numine singularei superstitione cultum, membratim comminuit. Quā re princeps irā, præ quām dici potest, accensus, Thiemonem vestibus omnibus spoliatum, jumentōque impositum scutica toxicata cædi præcepit. Erat ea vis soleæ veneno tinctæ, vt̄ contactā cutē veluti visco piciue herentē subitō conuelleret. Ad hunc modū per viam omnem fortis-  
mus Christi tribunus laniatus, in cāpum certaminis & arenā perue-  
nit, vbi circumfusus carnificibus & barbaris articulatim, per digitos,  
manus, pedes, bracchia, (velut Iacobus ille apud Persas) inciditur, ac  
demum omnibus membris detruncatis, ad modum S. Erasmi, re-  
cluso ventre intestini caput bacillo implexum euoluitur, quoad per  
flexuosos orbes exhaustis ilibus ipsa sedes vitæ cor auulsum sequere-  
tur, cum quo simul extremus pontificis spiritus est extractus, qui  
inter horrenda crudelitatis exempla assidue Numen veneratus in  
Daudis hymno animam in Dei sinum ac manus effudit, quam cæ-  
litum symphonia cum Epinicio in templo cælestia deduxit, vbi in  
omnes omnium temporum æternitates beata triumphabit. Vixit  
anno Christi c. 10. c. 1. iv. kal. Octob. pridie S. Michaelis. Dissecti,  
disjectique sacratissimi Martyris artus Christianis concessi, quos fru-  
stra pagani remouere è medio, & abolere conabantur. Ædes ibidem  
illius memorie postea magno sumtu condita est, depulsāq; ab appre-  
cantibus humanæ fortis mala, morbi, cæcitas, elephantiasis, mor-  
tes. Et contrā in mortem dati contumaces irrisores, aut in sacros ci-  
neres contumeliosi, quæ apud ipsos barbaros ac paganos magnam  
Thiemoni famam & venerationem peperere, vt̄ proinde mirer,  
non clariorem in nostris partibus, vnde ille profectus est, memori-  
am illius extare, vel dudum etiam extitisse. Sed ille cælo con-  
tentus, apud immortales nobilis, ingratam  
mortalium obliuionem nil  
moratur.

DE B. ERMINOLDO ABBATE.

B. ERMINOLDVS

ABBAS PRVFENINGENSIS

AD RATISPONAM.

15 CXXI.  
Monachus  
Prifensis-  
gēsis anno  
1300  
Henricus  
Canis. 11  
Anti. le. 6.  
p. 507.  
Vita VVlb.  
helmi prio-  
rii a Caro-  
lo Stenge-  
bocadis.



Rminoldus apud Sueuos bono loco natus, literas & religionem, optimosq; mores à Guilelmo Hirsaugiensi antistite imbibit. Sæpè obseruatum est in Sanctorum memorij, plerosq; omnes, qui ad aliquam sanctitatis famam & laudem aspirarunt, sanctis vlos magistris. Rarò certè natura in vitium cerea flecti dicit alumnos suos ad vitam seuerā, contentā, religosam. plus sæpe potest in homine disciplina, quam ingenium. Erminoldus vtrōque felix, & per se ferebatur ad virtutem, & culturæ patientissimam paratissimamque aurem præbebat. Creuit mox fama de Erminoldo, & virtus illius clarescens velut flam̄a emicuit, induxitque Henricum Imperatorem, vt illi Lorsacensis Ecclesiæ præfecturam demandaret. Sed cùm didicisset Imperatorem ab germano fratre suo muneribus cultum, veritus ne Simoniana pæctio intercessisset, exemplo, ne labe aliquā sacrilegā aspergeretur, se curā Lorsacensis ædis abdicavit, atque ad suum se cœnobium, cum non exiguo fænore tracte secum iuuentutis redijt. Nec tamen diu latere priuatus est permisus. Otho Babebergensis pontifex, vir vsqueaque sanctus, suprāque laudatus, cœnobium amplum, nobile & copiosis censibus instructum haud procul Reginoburgo constituerat, cui præsidem & moderatorem aptum quærebat. Occurrit Erminoldus, à quo prima virtutis & innocentiae fundamenta in cælesti religiosorum domicilio iacerentur. Neque recusauit onus, honoris diuini, quam sui studiorum Erminoldus, cùm suam ad multorum salutem curam pertinere haud occultis numinis indicijs cognosceret, adeoque se commode gessit in suo munere, vt omnium sermonibus noua ædes, nouique incolæ celebrarentur. Quæ fama quoque ad aures Imperatoris Henrici, quamvis à Pontifice Romano sacris interdicti peruenit, qui tractus cupidine tanti viri coram intuendi & consalutandi, venit cum Aulicis officijs ad ædem Erminoldi. Quod vbi Erminoldus intellexit, venire Augustum ad Cœnobium, occlusis foribus foras ipse solus progressus tanquā alter Ambrosius, negauit sibi licere hostem Ecclesiæ pronunciatum in Ecclesiam admittere. Erat forte in comitatu Cæfaris Otho sanctissimus præfus, auctor & conditor eiusd. Monasterij, qui molire animum Erminoldi conatus, affirmabat

B. ERMINOLDVS ABBAS.



Ambrosium credas hunc, fasces atq; secures  
A sacris ansum pollere liminibus.  
Quale fuit Patri circum præcordia robur,  
Cui furor imperij nî nisi risus erat?

Qui non ferratas actes, non mille phalangas  
Extimuit, magno tutus vbiq; Deo.  
Nullos formidat bene mens sibi conscientia reges;  
Sæpe tremenda Duci trita lacerna fuit.

bat

B. ERMINIAS ABBVS



bat nondum liquere causam Imperatoris: Mihi verò, inquit Erminoldus, abundè liquet, vt qui illam ore meo promulgarim. Proinde saluâ religione admittere Imperatorē nullo modo possum. Erant in Satellitio (vt *Maxima quæque domus famulis est plena superbis, præsertim adulatoribus*) Cæsarīs, qui dicerent vim adhibendam, nec committendū, vt monachus vñus & vnicus aduersus omne imperium & Majestatem augustam, tantam contumaciam impunè ferret. Imperator tamen, vtrum vindicem Numinis iram metuens, an auctoritate viri sancti, vt olim Alexander Macedo, cætera terror orbis, territus, vim prohibuerit, incertum: lèdi certè neminem est passus. Quin cum ejusdem asceterij sancti alumni, extra lepta contubernij sui in pomerio excolendo ab eodem prætereunte deprehensi essent, atque injurijs obnoxij viderentur, diligenter cauit, ne quis ullimolestus esset; adeò compluries etiam improbis, piorum probitas curæ est. Sed quos Cæsarīs præpollentis potentia offendere non audebat, vicini non fauentes è S. Emmerami sodalibus crebris lacefabant injurijs, quos Erminoldus religiosæ pacis amantissimus, vt si bis suisque beneuolos redderet ex inuidentibus, hujusmodi artificium ex occasione adhibuit. Immiserant Emmeramiani operas, in cōfinia B. Erminoldi, vt fossam ducerent, quā vtriusq; cœnobij limites signati definirēt; siebātque, vt aditus ad Erminoldi domū multo fierent angustiores, quām prius fuissent, magnāque pars agri Erminoldi familiae adimeretur. Hanc iniuriā Erminoldus hac via vltum iuit, progressus ad fossores, veluti labores illorum spectatus, vbi sub meridianum solem ex opere fatigentes, æstūque & sudore perfusos vident, officiosissimè ad religiosas dapes inuitauit. Non recusarunt humanitatem fame sitique incensæ operæ, prōque tenuitate religiosorum lautè ac benignè habitæ, adeò prædicarunt charitatis officium in Erminoldo, vt à mensis digressæ rectâ ad opus properarent, fossamque, qua parte cœnobium angustijs laborabat, injectâ rursum humo implerent, homines quamuis agrestes execrati suorum avaritiam, ac démirati Erminoldi, post acceptam etiam injuriam, liberalitatem. Mitigauit ipsam quoque S. Emmerami familiam narrata Erminoldi liberalitas, vt omnino violare tantam virtutem de cætero sibi religioni ducerent. Affirmant hunc Erminoldi benignum animum alia quoque tempora, quibus in Boicā munificentia ejus medicinam fecit. Premebatur ingens turba rei cibariæ, famis tempestate, graui inopia, multique, nili per Erminoldum fuisset, periissent, quibus tamdiu succurrit aperta manus illius, quoad exhaustis omnibus cellis & granarijs, ipsem etegere cum suis inciperet; sed quod prioribus sequentibüsq; sæculis fæpenumero factū memi-

DE B. ERMINOLDO ABBATE.

meminimus, vt̄ Dei clementia alumnis suis, in rebus tam artis, & annonae difficultate succurreret, id Erminoldo quoque supplices preces ad Deum allegati, beneficiū Dei prouidentia impertiuuit, cū altero post vota suscepta die vir nobilis & copiosus Erminoldi clientibus, liberali manu succurrit. Verissimam enim illā Erminoldus regiā Dauidis vocē, imō Dei nōrat: *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quārens panem.* Miranda ejus & extra naturę ordinē, supraq; ejusd. vires facta multa narrantur, singulari Volumine ab auctore vitae comprehensa, sed pleraq; omnia secundū supremū illius diem perpetratā prætero, apud Henr. Canis: expressa. Hoc viuo accidit. Exclusus erat fortē templi foribus, serōq; ejus memor janitor, dum ad pandendas portas accurrat, clausis portis ingressum, & ad aram supplicante admirabūdus offendit, cui seuerissimē interminatus est Pater, ne cui id aperiret, antequam ipse oculos in mortem clauderet. Disciplinæ religiosæ adeō seuerum custodem fuisse intelligo, vt illius violatores acerimē coēceret. nec cūjusquam in eo vel odiū, vel gratiam spectaret: quanquam omnes omni benevolentia complecteretur, singulari tamen amore studiosos virtutis & integratatis colebat; quemadmodum & solutos malēque feriatos velut ignauum fucos pecus, & molestum muscarum genus acriter persequebatur, quoad ipsi quoque ad melioris exempli, vitāq; sanctioris formam se componerent. *Quod* vt̄ bonis gratum & salutare, ita cessantibus & otiosis adeō odiosum & inuisum fuit, vt non nemo ex domesticis, vt olim Iudas, vitae ipsius nēteret insidias; quas ipse velut alter Benedictus parum veritus, vlt̄ adiit, animiq; constantiā territis impijs in præfens disjecit. Occultus tamen latro ex ijsdem domesticis postea facinus pessimum ausus, transeuntem solum opportunē occupat, vteque capiti impaēto tanquam victimam sternit, nec illico tamen extinctum, sed cū aliquot dies animam traheret, horam, quā migratus erat, fatalem ad ipsa Regalia præsensit, prædixitq; celestibus antea visis recreatus, cū affirmaret, volumen sibi ostensum, in quo suorum sectatorum nomina aureis descripta characteribus cognouisset, tam eorum, qui olim jam defuncti essent, quām præsentium & futurorum. Spiritum vltimū inter ipsa rei diuinæ solemnia, vt præsenserat, exhalauit. Præfuit coenobio annos non amplius septem, vixit post Christum natum c̄ 10 c̄ xxi. Hæc compendio ex totis libris dicta sunt. Cætera auctōr vetus in Anti-

quis Lectionibus Canisij  
exponit.

B. GVILE-

B. GVILELMVS. PEREGRINV.



Mille per et casus, et mille pericula rerum  
Prabuit clapsu Boica terra solum.  
Senserat Albertus, flexo cui nomen ab arcu,  
Depositus medicis omnibus, huius opem.


Cui monitus posuit pro sostris nobile templum  
Accensus Divis cum GVILIELME fores.  
Vuinburgum locus; inuidieant cui Thessala tempe,  
Sanctus ab aede sacra, sanctior indigenis.

Y

B.GVL

AN DER UNIVERSITÄT ZÜRICH

AN DER UNIVERSITÄT ZÜRICH



AN DER UNIVERSITÄT ZÜRICH

AN DER UNIVERSITÄT ZÜRICH

## B. GVILEL M V S

## PER EGRIN V S.



Mplissimum Cœnobium est in Boicâ trans Danubium, quâ Bohemiam spectat, IN SCLAVORVM MONTE, vulgò VVINBURGVM, loco peramæno & edito colle, haud procul Pogenio, cuius origo ex MS. ejusd. cœnobij & Gasparis Bruschij ineditis chartis, Antiq. etiam lection. Vol. vj. copiosè explicatur. Adhanc vici-  
niam velut ex tempestate & naufragio longæ peregrinationis dela-  
tus Guilelmus, atque ex vinculis elapsus, maximisque laboribus &  
periculis defunctus, hic gratum quietis portū inuenit, à LVICARDE,  
quam & HEDVVIGEM & HADEVVIGAM dixere, ALBERTI Comitis  
POGIANI Coniuge liberaliter adiutus, atque annonā subleuatus.  
Rebus diuinis solis in locis assidue deditus, multa à cælitibus didicit,  
quæ Imperatori ac imperio imminebant. presagiebat bellum & stra-  
gem Henrici III. (qui Germanis est quartus) cum Saxonum gente.  
Alberto Comiti valetudinem restituit, suam & secuturam mortem  
prædixit. A morte eidem visus auctor fuit, vt quo loco corpus serua-  
batur, facillum tanquam fostrum pro recepta sanitate, gratique ani-  
mi mnemosynon, poneret. Fuit hic Albertus Vvinburgensis etiam  
cœnobij conditor. Guilelmus socium peregrinationis habuit B. Iu-  
nanum, ex cuius defuncti artibus diuini cuiusdam odoris, supra  
omnes Arabiæ liquores, fragrantia halasse memorant. Guilelmus  
vixit xii. Cal. Maij, anno incerto, nec multo tamen

ante CIO CXLVII. quo Albertus  
decessit.

CIO CXLVII.  
MS. codex  
VVinburg.  
Casper  
Bruschij.  
Henr. Ca-  
nifius Ama-  
tig. Lett.  
Vol. VI.  
p. 402.



B. MECHTILDIS  
VIRGO ANDECENSIS.

1502 LIV.  
Chronicon  
Andecen-  
se. Tristis-  
minus. Chro-  
nicon He-  
sanga. alij  
Engelhar-  
dus. Abbas  
Lanchas-  
mensis.  
Vide V. to.  
antiqu. iec.

Diesensis  
canobij &  
Ostifitius  
Abba-  
rissa.

MCLIV.  
Vel Et alij  
MCLX.  
IV. Cal.  
Martyr. se-  
pulta in

Damasia-  
no cenobio  
Bauaria.

Am testata fuit huius virtus virginis, vt ne fama qui-  
dem auderet de eamentiri, quod, magno teste Ambro-  
sio, decus maximum est, quo commendatur Vir-  
go. Quam ergo te memorem virgo, quam innoc-  
tia fecit homine majorem? Nihil erat te, nobilissimo  
Berchtoldo ex illuſtrissima Andecensium Comitum  
familia oriundam? nihil Principū & Imperatorum propinquam? ni-  
hil quod mirari solet orbis, tibi mirum vel expetendum; quæ sub  
ipſos infantiae annos, iam cælum animo concepisti, nihilque men-  
te niſi diuinum & cæleſte complexa es. quinquennis D e o dedi-  
cata, mox vini, carnis, lecti, omniūque suauioris vitæ commo-  
dorum vſu abſtinuisti, ibique tantum in vitâ liquorem vitis gusta-  
ſti, cùm aqua ipſa, occultâ vi Numinis, in vini laticem tertium mi-  
grauit. Fælix Damasium, cui tanta contigit Antistita, felices virgi-  
nes, quæ tali paruerūt magistræ, impiæ, quæ huius imperiū & magi-  
ſterium vel contemferunt, vel neglexerunt; cui demones ipſi obſe-  
qui sunt coacti, quos ex humanis corporibus pulsos procul eiecit;  
morbi proſligati sanctam clamitarunt, cum ad illius vocem à lan-  
guentibus receſſerunt. Quid miramur illam futurorum conſciā  
fuisse, quæ omnium ſæculorum conditorem ſemper in pectore, &  
virgineo corpore circuferet, præſertim cùm tanta ejus fuerit re-  
ligio, vt vnius dicti cauſā, quod inane & profanū virgini videbatur,  
magnam vim lacrymarū profunderet, inediā multorum dierum &  
peruigilijs expiaret. Nec illud ſupra fidem in vltimis verſari, voce  
viribusque defectæ à cælitibus cæleſtem agnum in cibum ac viati-  
cum allatum, quando cum illis mox corpore expedita, in cælum  
euolauit.

O virgo flos pudoris,  
O virgo flos honoris,  
Quæ natu non parentes  
Arrisit, aut ſuperbos  
Sceptro que purparaque,  
Quamvis ſatu propinquos  
Ducē que caſarē que,  
Vaflo que Barbaroſſas;  
Sed omnium parentem

Ducūque Ceſarūque,  
Diuūque conditorem:  
Quinquennis huic pueſſa,  
Pueſſa adhuc tenella  
Mechtildis eſt dicata,  
Mechtildis eſt ſacrata  
Æterna ſponsa caelo;  
Cui virgo ſola mater  
Paterque ſolus ille eſt,

Qui ſolus unu unu  
Giganteque amataque natum:  
Cui ſupplicat clienta  
Natura tota Patri.  
O virgo flos pudoris,  
O virgo flos honoris,  
Fane patrona terris,  
Votis que pande calum,  
Quod culpa noſtra clauſit.

B. MECH-

## B. BERTHA CVM FRATRE.



Moliri superis aras, communia Myrtis  
Tecta sacris, laceris piochodochia togis,  
Est hercundas Christo transcribere gazas  
Ame haes alij sanctior illius erat!

Quid iuuat ingratis legare nepotibus aurum?  
Qui quod habent Veneri, vel tibi Bacche, citant.  
Sint bene parta licet, malus haec male dissipat haeres;  
Quae Christo dantur non moriuntur opes.

URBANUS GRATIUS



## B. B E R T H A


B I B U R G E N S I S.



Ata hæc & mortua in Boicâ est, Biburgique extante  
 supra paumentum tumulo condita. Erant Henrico  
 Hilpolstainio dynastæ ex Berthâ conjugæ liberi XI.  
 stirpis virilis decem; muliebris vnica Bertha, quâ de  
 hîc tractamus. Parentibus ad plures profectis, hære-  
 des inter se bona partititi, præter alia Biburgum Con-  
 rado Erboni & Berthæ reliquere, qui consilio juxta ac auxilio D. O-  
 thonis Babenbergenis pontificis res suas ad rerum diuinuarum vsum  
 contulere, molitique sunt S. Benedicti sodalibus contubernium,  
 ædem sacram, & misericordiaque parentibus Xenodochium: Ber-  
 thâ ipsâ nudâ pedes onera saxorum, & materiâ silue quâuis tenerâ &  
 nobili subeunte, cuius exemplu imitatæ reliquæ fœminæ, & ipsæ  
 manus pio operi admouere. Templum intra octennium demum  
 absolutum ab Othono Babebergensi & Henrico Ratisponensi Epi-  
 scopis initiatum. Cœnobio præfectus S. Eberhardus, de quo suprà  
 memoratum est. Bertha post multa pietatis & misericordiæ exem-  
 pla cælo dignata spiritum posuit, cuius tumulo per oram hic Epita-  
 phius est celte inscriptus.

CIS CL.  
 Hundr.  
 Auenim.  
 Monum.  
 i. s. Bibur-  
 gensia.

ANNO DOMINI CIO CII. OBIIT SANTA BERTHA,  
 PIAE MEM. HVIVS LOCI FUNDATRIX.



S. EBER.

DE S. EBERHARDO  
S. EBERHARDVS  
EX ABBATE BIBVRGENSI,  
ARCHIEPISCOPVS SALISBVRGENSIS.

1564.  
objt.  
Radeu-  
cus. Disce-  
pulus S. E-  
berhardi.  
tom. II. an-  
tig. led.  
Henr. Ca-  
nifis, p. 286  
& tom. VI.



Berhardus autem majorum nobilitate illustris, haud procul Abusina Bojorum, ex (a) Hilpolstainiorum Comitum gente natus, parentes religiosissimos habuit, qui magnae Dei matri in toparchia sua sacram ædem constituerunt, ad quam mater ipsa, quamuis nobilis non erubuit humeros faxis gestatis, longoq; spatio per duo millia passuum nuda pedes deportandis subjecere, quo facto magnum reliquarum fæminarum numerum ad idem praestandum inuitauit. Ad mensam ferè nihil præter legumina adhibebat, raro carnem gustabat, rarissime coenabat, votis impensæ ad dicta; egentibus, dum esset quod largiretur, negabat nihil, & ut non posset negare, Deus opes liberaliter sufficiebat. Ut ergo fortis creantur fortibus, ita pijs probisque majoribus plerumque sancti nascuntur, aut sancte certe educuntur nati & nepotes, virtute parentum cum sanguine in posteros fluente. Literarum tirocinium Babenbergeri posuit, hausitque celeriter felix indoles adolescentis optimas quasque disciplinas, ut castus animus sapientiae maximè cupiens & capax est. Adlectus dein in concilium Canonicorum est re sua fore judicauit, si omnino præsentis vitæ commoda æternis permutaret, nudusque nudum Christum sequeretur, quod præclarè intelligeret, nisi mox omnia desereret, ab ijs se deserendum; illud fieri cum æternâ bonorum compensatione, hoc nullo operæ fructu, qui non sequitur relictos, sed relinquentes. Itaque clam omnibus ad Cœnobium S. Michaelis confugit, ut monachum ibi profiteretur. Sed, ut solet à multis hodièque fieri, antistes ædis maximæ (quem proximū ab Episcopo præpositum vocamus) cognito Eberhardi consilio, stipatus Clericorum choro, nobilissimum & religiosissimum juuenem ex Monasterio volentem nolentem extraxit, quod contra auctoritatem priuato consilio usus esset, vnaque cum paedagogo in Gallias amandauit, quod jam in Monachum attonsus Babenbergæ inter Canonicos non eleganter appareret. Usus est Eberhardus tempore, & in Gallijs ingenium maximis literarum ornamentis usuque simul & prudentia excoluit, ut reuersus Babenbergam etiam majores natu sua auctoritate percelleret. S. Otho per id tempus pontificatus


S. EBERHARDVS ARCHIEP. SALISB.



Enemorum latebris olim fuit eruta virtus,  
Atq; admota sacris vi licet acta, pedis.  
Tu quoq; de socijs ornasti mille cathedras,  
Quos cura instituit, ter Benedicte, tua.

Hoc erat è catu tuus hic EBERHARDVS, egenti  
Cuius erat dando semper aperta manus.  
Sequunt adiutari vestigia lambere codri,  
Præsulis excelsò quam residere throno.

catum



catum Babebergæ administrabat. Eberhardus quam semel induerat mentem religiosæ vitæ complectendæ, exuit nunquam. quadragesimum jam annum agitabat, pacéque ab Othono viro sancto impletatâ, ad religiosam vitam, quam coæctus deseruerat, postliminio redijt. Erbo id loci Abbas contubernio præerat, cùm Eberhardus religioso cœtui est accensus, incensusque rerum cœlestium ardore, mira pietatis, modestiæ & pœnitentiæ documenta reliquis præbuit. Prüfeninganum erat id asceterium ab ipso Othono conditum, & vi-ctu, rebusque ad vitam necessarijs liberaliter instructum.

Inter hæc germani germanæque Eberhardi studio pietatis ar-dentes, & ipsi ne quid fratri in cultu Numinis concederent, sacris viris domicilium sacrum moliri cœpere. Nouem omnino fratres numerabat Eberhardus eodem patre Henrico Comite Biburgensi, & matre Berthâ ex Istriâ oriunda natos. Vlricum, Gebhardum, Con-radum, Erbonem, Meginhardum, Othonem, Magnum, Albertum, Hazilonem, & sororem Bertham. quatuor postremi ante parentes rapti, diem suum obierunt, Meginhardus Reginoburgi ad vetus sa-cellum antistes; Vlricus & Gebhardus post parentum decessum diuisis possessionibus Hilpolstainum occuparunt; Conradus, Erbo, & Bertha Biburgum, Othonis pontificis Babenbergensis auctorita-te (vbi nunc Societas dedit) Deo Deique ministris destinarūt, S. Be-nedicti instituta professis sacram ædem, fæminis parthenonē, egen-tibus xenodochium instituere cœperunt, atque intra octennium fabricis vltimam manum imposuerunt. Innocentius P. M. pietatem familiæ ratam habuit, tabulisque publicis stabiliuit. Vdalricus Stai-nius cœnobium in suam clietelam suscepit, villamque Perchachen-sem donum, volentibus Halica conjuge & Burcardo filio, adjecit, ab Henrico Ratisponensi, & Othono Babebergensi die SS. Simonis & Iudæ festâ ceremoniâ dedicatum. Scio Auentinum diuersa inconstanter narrare; ego diligentiorem Hundium secutus sum.

Primus loco designatus ab Othono Abbas est Eberhardus ex Prü-feningano euocatus, rexit annos xiiii. Exin Conrado pontifici Salisburgensi cognato fatis functo suffectus, anno post Christum natum c. 10. XLVII. (sic habent emendatores chartæ) curauit Episcopatum annis xvii. præsensit hoc futurum Ebbo antistes Eberhar-do familiaris, & fædum Ecclesiæ dissidium, & Eberhardi constantiam, quem meliores partes securum prædixit.

Imperator enim Fridericus Ahenobarbus cum Alexandro pon-tifice Maximo grauissimas inimicitias exercuit, quæ orbem Christi-anum concussere vniuersum. celebrata in pontificem conciliabula

A.C.  
1125.  
1133.

Histories  
etius temp.  
omnes.

Z Ticini

DE S. EBERHARDO

Ticini: Antipapa Victor, deinde alius atque alias nequicquam pro Pontifice à perduellibus Ecclesiae adorati. Omnes propè antistites Cæsaris votis subscrisere, Treuirensi & Salisburgensi eximijs, quos morbus diuinitus, vt videtur, immisus à cæpto ad concilium Ticinense itinere exclusos, coegerit ad sedes suas redire. Pauci ex cautionibus sententiaæ suæ annexuere, haec tenuis se reliquis subscribere, si Ecclesiæ Catholicæ placeret, aut non contrà veniret.

<sup>lib. 7. ca. 73</sup> Quæ Radeuicus copiosius denarrat. Ita duo maiores in Germaniâ præsules, ijdēmq; sanctiores omnino sententiam cohibuere, nequid contra Alexandrum & veram Ecclesiam sentirēt dicerentue. Dedit opinor hoc cæleste numen Eberhardo, ne à vero aberraret, quod ipse omnes cogitationes suas ad vitæ innocentiam componeret, miseros vbiique omni ope, consilio, auxilio præsens absens subleuaret; pauperum vlcerosorum, Elephatiacorum tuguria per se coram adiret, reuiseret, victus & morbi subsidia benignissimè præberet, sordes, vomicas, saniem, taboque fluentes artus ipse contrectaret, nihilque prætermitteret officij, quod ab infimo quoque non sine fastidio & horro.

<sup>lib. 8. ca. 33</sup> <sup>p. 147</sup> re præstari solet. Refert Cæsarius, qui verissimas, æui sui potissimum, historias, ac piastantum in chartas retulit, de Salisburgensi Episcopo antistite, quem primum est existimare Eberhardum fuisse, neq; enim nomen exprimit, Ita omnia huic ad vnguem conueniunt. In Salzburgensi Ecclesia (iuuat verba Cæsarij hic collocare) iam à multo tempore religiosi extiterunt Episcopi, ex quibus unus, nescio verum huius, qui nunc est, siue eius, qui ante eum fuit prædecessor, infirmorum seu leprosum lares studiosè, etiam quandoque per se metipsum visitauit: Die quadam tuguriolum quadam intrans, & leprosum, vt ei visum est, hominem in eâ leæto decubantem aegumentem reperiens, si aliquid vellet, exquisiuit. Cui cum ille responderet; Corpus CHRISTI desidero; Episcopus festinus abiit, & attulit, orique leprosi, qui valde horridus videbatur, cum cautela, qua potuit, immisit. Ille vero ad comprobandum antistitis fidem, antequam masticasset Eucharistiam, naufragi simulauit, & cum fætidissimo vomitu, quod sumperat, reicxit. Episcopus vero territus, non inibit mentio eius suppositis, eieetas recepit immunditias, quas statim in os mittens sumpsit, ob honorem Sacramenti. Postea cum eundem leprosum visitare vellet, & non inueniret, dictum est ei à circumstantibus, quod multo tempore in eadem domuncula nullus habitasset leprosus. Et cognovit vir Deo plenus, tum ex testimonio referentium, tum ex gratia ex prædicta sumptione perceptâ, quia CHRISTUS esset, qui multis modis electorum suorum constantiam probare conseruit.

Mirificè hæc cum dictis Radeuici consentiunt, que adiungere nisi Baronius ead. recitasset, & in promtu essent cum Othono Frisingensi coniuncta. Multa super ejusdem virtutibus narrat auctor vitæ

apud

apud Canisium. Atque inter alia Eberhardum cum præfectum Cœnobij ageret, in Romano itinere morbo depositam feminam iumēto suo in posuisse, ipsūmque veluti ministrum per asperrima viarūm iugi Apennini pedibus secutum, donec transportatam largāq; stipe impertitam dimisit. In hospites tam fuit liberalis, vt nullum tecto prohiberet, nullum sine beneficio dimitteret. Accesserat ad cœnobium Biburgense ex itinere miles, qui hero suo præsenti ad vires reficiendas è cellā potionem petiit. Præfectus rei vinariæ vir natu magno, & cætera pius, vñūsque ex cœtu religiosæ familiae, Dominum officiosius intra septa Cœnobij deducit, famulo pro foribus relieto, qui abiit Ratisbonam. Discit hoc Eberhardus adhuc cœnobiarcha, monachūmque id ætatis & qui propridie valetudinis causā cœtā venā sanguinē detraxerat, insequi pedibus iubet, & petitum vini laticem offerre. Miratus famulus, jam vrbem ingressus, & monachi sortem suā causā fatigati miseratus, hausit calicem æterno dignum pretio, siue jubentis spectes misericordiam; siue obsequium ei obedientis. Non immeritò Fridericus hunc præ reliquis veneratus magni faciebat, singulareisque literas ad eum componebat, ratus se rem factam habiturum, si Eberhardum in suas partes deduxisset, sed frustra fuit. Non solum ipse perseuerauit piam sententiam, sed alios etiam à Cæsare ad Alexandrū abstraxit. In quem absensem cùm fremeret hoc nomine Imperator, vbi tamen præsentem vidit, tanquam aliquid majus & augustius homine spectaret, illico compositis irarum flūctibus, placide reuerenterque numine mentem principis in clementiam flectente compellabat.

Multa præterea viuus; plurima mortuus vñitatem rationem, modūmque naturæ excedentia effecit, singulari libro à vitæ auctore tractata nec reuocanda. Eberhardus tandem patratis multis diuinis & immortalibus pietatis operibus, ad cælestē beatorum concilium euocatus, conciliatis inter se sub ipsum morbum animis Germaniæ regulorū, Cal. Iulij c 10. cl xiv. decessit. Cōploratio plurima misericordum fuit, his patronum, illis altorem, alijs tutorem, alijs patrem & parentem lamentabili comploratione amissum cōclamantibus; Documentum sanè æui & pontificum, qui aurum non in frenis, nec thesaurum in cænis, sed peregrinorum hospitijs,

esurientium familijs, ægrorum curis, si-  
tum habebat.

DE B. ABBATE ANONYMO.  
ABBAS ANONYMVS  
IN BOICA.

Circiter  
annum  
CID. LXX.  
Cæsarius  
lib. XI.  
ca. XXVI.



Vdouicus Bojorum princeps, Othonis, cui postlimi-  
um fuit per Ahenobarbum, ad principatum, filius, Pa-  
latinus Rheni primus ex Schirensi gente, qui & jus  
septemuiratus creando Cæsari in Rheni palatium in-  
tulit, vt doctissimus vir Christophorus Gevoldus in  
suâ Antithesi ostendit. Hic, inquam, Ludouicus, vt tem-  
poru ratio docet, præfectum, incertum cuius, cœnobij virum san-  
ctum, négotorum causâ Ratisponam, euocauit, hospitiūmq; æsti-  
uam domum in horto & horreo colendam assignauit. Abbas secu-  
dum aduentum suum vesperi dictis Deo gratijs & laudibus se cubi-  
tum contulit. comes antistitis posti januę candelabrum ardente ce-  
reto incautè fixum oblitus neglexit; pessulum cubili extorsum ob-  
didit, ne quis inuitu se aut inscio ad suum heru se insinuaret. Interibi  
accensus lychnus de poste omnibus imprudētibus decidit, densaq;  
infra stipulâ exceptus, conceptâ mox flammâ in ingens erupit incen-  
dium. Cœnobiarcha ignis vapore & flammæ crepitu somno exci-  
tus cum fugam tentaret, occlusaque omnia offenderet, omni euad-  
endi spe projectâ, humili se in crucis modum, cernuum prosternit,  
æstûque & fumo afflatus exanimatusque & ipsa flamma contactus  
animam Deo commendauit. Princeps serius de periculo admoni-  
tus, exemplo tamen cum satellitio aduolare, flammamq; exultan-  
tem nec quicquā compescere, omnia vi perfringere, & ad præsu-  
lem irrumperem, medijisque ex ignibus semiustulatum extrahere: sed  
jam suffocatū offendit. Gestabat vir S. pendentem ē collo, vestibus  
corruptis intactâ lipsanothecâ, ferreāmq; circa lumbos seriem cate-  
næ. quo spectaculo attonitus Ludouicus, en, inquit, non satis erat  
viro sancto, asper cultus & ipse religionis rigor seueraque viuendi  
disciplina; de suo adiecit etiam ferrum, quo corpus diuexaret & ex-  
cruciaret. Tum deinde funus in ædem principem Ratisponæ intu-  
lit, iustâq; funebria perfoluit. Forte euénit, vt post paucos dies duo  
ē custodia corporis Ludovici, rei diuinæ in eod. templo interessent;  
quorum alter inter populū paulo ante sepulti Abbatis tumulū im-  
prudens ascendit, subitōq; igne sacro per pedes afflatus est, inmaniter  
vociferaretur tum illius commilito: Hic, inquit, cineres illius nuper  
ambusti & tumulati Abbatis siti sunt, quos cura & prouidentia Dei  
noluit indignorum pedibus calcari. Desiliit illico satelles, exindeq;  
cultus sancto præsuli, velut vni ē cælitibus adhiberi cœptus est.

B. Abbas

B. ABBAS ANONYMVS.



Omnia tempus edax absumit, et omnia delet;  
Abstulit hoc nomen Coenobiarque tuum.  
Nulla tamen potuit tua facta abolere vetustas,  
Quamvis post cineres prodata facta tuos,

Viuensis latuit virtus velata cucullo  
Non timet Autolici condita gemma picem.  
Postquam flamma vorax corpus nudauit amictu,  
Nescia virtutis prodidit exuasias.

Z 3 DES.ELL

B APPARATUS ANATOMIAE

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

## S. ELISABETHA VIDVA REGINA.



54  
 Ut capui impudenti celso diadema reges,  
 Tela per et flammam, armam, virosq; ruunt,  
 Regia pro, quantum manus haec ex regibus extat,  
 Abiecta ad nudos que sua regna pedes.

Et pedibus claudis festinat ad altera regna,  
 Non rapienda armis, non capienda viris.  
 Quis maior, qui querit opes, an calcat hic illis.  
 Imperit, seruus seruit at ille suis.

DE S. ELI-

ELISABETHA AIDAV REGION

## DE S. ELISABETHA

REGINA, PRINCIPE THVRINGIÆ VIDVA,

RELIGIOSA, CÆLITE.



Vltires, per hanc, auspice Deo, gestas, literis consignâ-  
runt, quos extra ordinem versuum cognoscis. Ego ex om-  
nibus illustrissima quæq; delibata conferam in pauca.

*Epist. Rom.  
XIX. Nov.  
Jacobus Mo-  
tanus apud  
Suruum To.  
VI. D. An-  
toninus  
Part. III. tit.  
XIX. c. XI.  
Petrus in  
Catal. L. X.  
c. LXXX.  
Crantzus*

Natam tradunt anno receptæ salutis c. 10. cc. vii. pa-  
tre Andrea Rege Vngariae, matre Boja, reginâ Gertru-  
de, filiâ Bertoldi IV. ex vetustissimâ & illustrissimâ An-  
decensum principum stirpe oriundi, quam ad Rapoldum arcis cō-  
ditorem, & hunc ad Carolum Magnum referunt. Bertoldus Mæra-  
niae, Carinthia & Histriæ prætor fuit & princeps.

*Sax. l. VII. c. CXLVII. Marcus P. y. St. Minor. Chron. lib. IX. c. X. Trithem. Chron. Hirsaug. anno 110. CCXXXI & XXXVI.  
Conradus Malburgius Ecclesiastes. Sifridus Episc. Moguntinus. Remundus Abbas Eberbaciensis. Antonius Bonfinius hif. vng-  
gar. Chronicon Andecense, sed omnium copiosissimè Theodoricus Turingus, e. s. Diminici contubernio, cuius octolibros leges  
apud Henricum Canisium Noviomagensem, Vol. V. Antiq. Lett. Vitius Arnbeckius presbyter. Iustus Lipsius de B. Virgine Hallensis*

Diem natalem Elisabethæ Clingsorius (quasi dices Aurifonan-  
tius ab auro, non auro) in Daciâ Matheoseos laude, generisque clari-  
tudine, & opum copijs eâ tempestate longè nobilissimus, prædixit,  
adjecto de illius morum & vitæ castimoniâ vaticinio, maritumque  
Ludouicum ex nomine designauit Hermanno Thuringia & Haf-  
sia Landgrauio natum. Quadrimalam Hermannus Tugrorum re-  
gulus ab Andrea sponsam filio suo Ludouico Elisabethæ æquali pe-  
titam, missis legatis ad se deportari curauit, vt cum filio integrè san-  
cteque educaretur. Gertrudis regina infantem omnibus ornamen-  
tis cultam, cum amplissimis donis & magnâ pecuniâ vi ad Her-  
mannum deferendam legatis, quorum princeps erat Menhardus  
Comes Malburgius, cum VValtero Varila, viro nobili, & Berthâ,  
clarissimâ fœminâ Egelolphi Bendenleibij olim conjugæ, quæ nu-  
tricis & matris interim vicem expleret, commisit. Exceptâq; est ab  
Hermanno, aulicisque officijs, ingenti cum applausu, paruulique  
Ludouici osculo jam votua conjunx admota.

Enituere intra paucos annos radij futuræ sanctitatis indices in  
puella. Nam siue cum æqualibus luderet, prodebat signa virginitatis,  
verecundiæ, modestiæ, siue regio cultu miraque ornaretur, de-  
trahebat claram aliquid sibi de ornamentis, coronamque dum rebus  
interesset diuinis ponebat, admirante principe Sophia, rogantéque  
quid sibi vellet illa ceremonia. Respondit non sibi verum videri re-  
giæ

DE S. ELISABETHA REGINA,

gjā coronā ornari, dum supremi Regis filius in arā litaretur, paliuris olim & vepreto redimitus. Ita adolescebat regia virguncula, vt inter delicias palatinas non obliuisceretur patientis pro se Christi tormentorum, vt & ipsa velut rosa inter spinas casta integrāque effloreret, verē vt Poëta canit:

*Vt flos in septis secretus nascitur hortis,  
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,  
Quem mulcent aura, firmat sol, educat aer  
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.*

Inter hæc hominem posuit Hermannus; Elisabetha cum vbiq; religionis & pietatis indicia ederet, Sophia futura socrus dubitabat, an illam nurum adoptaret, quod Cœnobio aptior, quam aulæ videretur. Ita sunt mores hominum, vt adolescens innocentia mox vel in inuidiā vel contemptum veniat, ac pro infantia & stultiā, quod religioni & sapientiæ diuinæ proximum est, censeatur. Nempe jam olim verē meminit ille ----- *Excat aula,*

*Qui vult esse pius.*

Iam socrus, jam alij ab arcanis Principi, agitabant consilia de Elisabetha in Pannonias ad Andream remittenda, velut parum comoda Ludouico futura. Mater Elisabethæ à popularibus immaniter contrucidata, alieno scelere, vt videtur, occubuerat; VValterus erat, qui Elisabetham in Thuringiam cum legato paruulam appor tarat; is omni studio pro illa contendebat: sed potentiorum facti onibus oppressus dubitabat, an ipse etiam Ludouicus à futuris Elisabethæ nuptijs abhorret. Proinde captâ alloquendi principis occasione, exploratus animū sponsi, solus ad solum adiit, veniamq; audacię præfatus rogauit, quo animo esset erga sponsam? Erant ambo in itinere, & monti proximi, cùm Ludouicus: dubitas, de meo erga Elisabetham affectu? Montem hunc ingentem, quem corā intueris, si ab imā radice ad summum verticem in purum putum aurum migraret, præ desiderio sponsæ lutum ducerem. eiq; hoc nunciare juslīt, adjecto etiam symbolo amoris, speculo Christi de cruce pendētis imagine insignito, nam & Ludouicus eximiè colebat numen: quæ causa fuit, vt facile pares cum paribus jungerentur.

Ergo quartum decimum annum, qui fuit Christi c. 15. ccxxi. ingressam festā pompā bonis auibus Elisabetham vxorem Ludouicus duxit, & eximiè quoad vixit, charam habuit. Erat prope par in vtroque virtus, eadēmque ambos pietas & castimonia mirificè deuinxit, vt raro tam illustre, modestum, & par omnino connubium inueniretur. *Conrado Marburgio*, viro religioso & acerrimo consi-

conscientiæ ipsius cognitori obsequium non abnuente viro, in ijs  
quæ ad salutem & religionem pertinebant, voto addixerat. Hic  
accumbenti Elisabethæ ad communem mensam cibis omnibus  
interdixerat ex injusto partis. Nam Ludouicus Thuringorum pri  
nceps hujus & Hermanni pater, fundos agrosque Ecclesiæ inuaferat, *Cafavies*  
subjectos diris exactionibus oppresserat, nihilque pensi habue-  
*P.L.C. XXV*  
*II. XXXV*  
*III. p.2.c.16*  
rat, quo minùs jura diuina & humana permisceret, omnèque  
fas abrumperet. quin & sepe monitus à religiosis viris; etiam atque  
etiam videret, quid ageret; supremo illum dictatori rationes  
factorum redditurum, respondit: *Celum celi Domino, terram au-*  
*tem dedit filijs hominum.* hoc ludibrium illi carò stetit, quando post  
mortem grauissimas Deo pœnas æternis inferorum supplicijs (vti  
pluribus diuinitus est significatum) mancipatus exsoluit. quamuis  
moriturus domesticis præceperit, vt secundùm fata cadauer cu-  
cullo tegerent, parum illi retentis Ecclesiæ prædis & prædijs, profu-  
turo. in quem ridiculè ex militum natione & custodiâ corporis  
lufit, cùm diceret. En principem nostrum omni virtutum gene-  
re clarissimum. Armorum scientiâ, dum viueret, superauit om-  
nes: mortuus etiam religiosorum silentia damnat; quis illo tac-  
turnior? an vocem villam cucullatus mittit? Huic ergo Ludouico  
filius cognominis in bona per fas nefásque parta successerat, nec  
dum sacris sua redhibuerat, quod Conradus haud ignorabat, qui  
Elisabethæ proinde interdixerat, ne quid gustaret, quod ex ra-  
pto appositorum esset. Ludouicus vt erat pius, Elisabethæ factum  
non solum ægrè non tulit, sed rationes etiam initurum spopodit,  
quibus aliena redderet, suisq; securus religionis, frueretur. Interibi  
Elisabetha cum suo gynæco ex dote paternâ, quamuis modicâ so-  
briè admodum vixit, vt non infreuenter etiam tanta regina esuri-  
ret, quod satius judicabat, quàm ex injustâ quadrâ lautitias cape-  
re. Sed neque victu tantum sobrio vitam tolerabat; In cultu cor-  
poris quoque eam modestiam adhibuit, quam nemo nisi sanctus  
inuideret. Processerat olim in publicum regio mundo fulgens,  
gimmisq; & auro grauis, omniumq; oculos & ora in se conuerte-  
rat, cùm ascensura limen templi, quod petebat, lumina in Chri-  
sti de cruce pendentis effigiem conjicit, contemplatürque con-  
cretos sanguine crines, diro spinarum vepreto implexos, nu-  
dum corpus & confuso vulnerum liuore cruentum, manus  
pedesque trabalibus clavis trajectos; se contrà regio luxu, mi-  
trâ, purpurâ, gemmis superbam: quà meditatione tanto  
animi

DE S. ELISABETHA

animi dolore contacta est, vt defecta viribus exanimis concideret. territæ ancillæ aqua lustrali sopitam recreant, animamque fuentem & calorem colorémque in vultum reuocant. Ab illo momento omnem ornatum vel reiecit, vel subiecto cilicio, ne Christi memoriam poneret, asperauit. Imò cùm princeps profectionem longiorem sine illa adornaret, vestem illa preciosam omnino viliori commutauit, pullamque & lugubrem viduæ ritu sumisit. Reuertente eodem, & illa ad mundum muliebrem rediit, ne viro molesta esset, cui seruendum haud ignorabat. Fecundauit ergo Deus tam sanctum connubium, & stirpem virilem, hæredemque principatus illi impertivit; muliebrem quoque geminam adiecit, quarum altera principi Belgæ Brabatino nuptui tradita est; altera Cælo deuota præter Christum nulli adhæsit, cujus parthenoni Aldenburgeni antistita præsededit. Hermannum filium, ubi dies lustrationis appetiit, ipsa suis gestans manibus ad Virginis & Matris Dei exemplum nudæ pedes, insuper & lanâ, non serico vestita, difficile & scruposâ via ad ædem sacram deportatū cum cereo, cælesti patri vitezque auctoritstit, & velut hostiam pignusque sui erga Deum cultus consecravit. Ludouicus cùm pietatem Coniugis obseruasset, non solum impedimento non fuit, sed vel maxime adjumento, datâ ei plenâ copiâ miseris, quæ vellet tribuendi: qua illa copiosè vfa, tam profusè omnia in egentes congesit, vt regna etiam diuisura videretur. Nec in eo sibi satisfaciebat, cùm liberaliter elargiretur, quod suppeditabat, nisi suis pedibus vilissimorum casas obiret, manibus ulcerosos tractaret, psoras abstergeret, sordes ablueret, ægros leuaret & lauaret, omniaque vltimæ familiaris ancillæ munia obiret.

Miserat Andreas Pannonum Rex, pater Elisabethæ, legatos ad Ludouicum, & vxor id loci abiectâ admodum cyclade tecta incedebat, vt pæniteret non tam illam, quam ipsum principem Coniugis tam sordidè incidentis. Et doleo, inquit soror, (ita compellabat Elisabetham Coniugem) tibi non esse in promptu lautiorem vestem ad proceres popularium tuorum prodituræ, nec mihi otium nouæ tibi comparandæ. Nihil est, inquit illa, quod erubescas meas sordes, vestium splendorem semper contemsi. In publicum tamen progredientem Deus ipse Hyacinthinâ gemmis auróque fulgente, decorè & magnificè, ingenti miraculo ornauit.

Restitit Elisabetha, claraque in veste refulxit.

Os humerosque Deæ similis, namque ipse decoram

Induerat natæ pallam, lumenque juuentæ

Purpureum, & latos oculis afflarat honores.

Obstupuit

Obstupuit princeps, vnde coniugi nouus & inusitatus honor vestis, scōfūmque postea rogauit, vnde cultū illum accepisset? sic, inquit illa, nouit cælestis munerarius suos cultores, cultricēsque in tempore exornare. Expectabatur eadem in publica panegyri ad mensam à maximā nobilitate frequentatam, cùm in ipsis gradibus, per quos Elisabethæ ad triclinium erat descendendum, iacens vltimæ sortis rogator opem reginæ maximis vocibus implorabat. Nec tempus, inquit illa, nec res, est, quam tibi in præsens largiar. Maioribus inde clamoribus vocata pallium ipsum, quo tegebatur, nobile & regium projicit petenti, qui collectum tollit, absceditque. cōnuiuis inde præstolantibus, dapifer reunciat principi, Dominam occupatā cum mendicabulo, superiore veste illi porrectā carere. Ludouicus ad coniugem ingressus rogat, ecquando tandem ad prandium sit accessura; vbi pallium sit, quo tegatur? Illa: paratam se venire, pallium illic in pertica suspensum pendere, quod mox ancilla attulit, suspenso admiratione principe, ab ipso Christo acceptam relatamque vestem.

Inter rei diuinæ solempnia ipsi solempne erat coronam pōnere, monilia gemmāsque detrahere, inter plebem, cùm palam per dies rogationum supplicaretur, consistere. Die parasceues imperauit domesticis, vt neglectis omnibus mundicijs vrbanijs, nullum sibi honoris aut venerationis cultum exhiberent, nulla genu poneret, nulla quasi dominam agnosceret, quod illis diebus supremus mundi regnator D E V S omnibus modis abiectus infami cruce occubisset. Vifa est olim in æde sacrâ tanto fulgore circumfusa, vt religiosissimus ex Sacerdotibus, oculis perstrictus contra tueri non posset. Non mirabimur & adorabimus tam illustre par coniugum? Ludouicus Elisabethæ relinquebat arbitrio, res suās in pauperes partiri; ipse Imperatori adesse, rempublicam iuuare, in medium consulere, interaulicos tamen strepitus ac vrbanas delicias seipsum circumspētē habere, pudorēmque ac fidem coniugi sartam tectam custodire, scorta introducta abigere: Si ccelum, inquit, non respicerem, tamen torum coniugis meæ quamuis absens, hac ignominia non notarem; sed aspicit omnia cælestē numen, & grauissimas ab adulteris poenas exigit.

Elisabetha porrò, absente viro, id vnum studuit, vt omne studium in egentes Christi greges conferret, haud ignara Deum sibi facta charitatis officia interpretari, quæ miseris præstisset. Itaque Xenodochia peregrinis, Nosocomia ægris, Pædotrophia pupillis, Gerontodochia senectæ ætati molita, omnia vectigalia sua

Aa impen-

DE S. ELISABETHA REGINA,

impedit in pauperes. Annonæ premium accenderat frumenti inopia, multos dira fames emaciatos in mortem dabat: occurrere studebat Elisabetha pro viribus publicis malis. Omnia horrea aperuit, descriptis per classes esurientibus in diem demensum dedit. Sed maximâ curâ circa ægros erat, quos quotidie reuisebat. Nullius corpus tam ulcerosum erat, quod illa non regijs manibus contrectaret; nulla scabies tam saniosa, quam non abstergeret, nulla lues tam infamis, à quâ abhorret; quorum ancillâtes puellæ pedorem ferre non poterant, Domina fouebat, gestabat, in sinu ferebat. Pupillis etiam singularem curam impedit, atque ex illis olenissimum quemque & maximè miserabilem præ cæteris studiosius & officiosius curabat, non immemor, hujusmodi Lazaros Deo maximè cordi esse, quos tanto securiores sciebat esse æternæ felicitatis, quanto minus hic de præsentis vitæ gaudijs gustarent. Præter valetudinaria non gentos in singulos dies pascebatur, quando premium annonæ maximè creuerat. Nec imperasse alijs ministeria pauperum contenta, ipsa coram adibat, inspiciebatque, an ritè & ordine omnia administrarentur. Erat inter famulas prima, quæ mensam apponeret, cibos inferret, curarébatque, ne quid infelices desiderare possent. Nudos amiciebat, & cùm res deficeret, ipsa suas gemmas, pepla, pallas detrahebat, quibus ab hieme rigentem gelu turbam defendebat. Funera denique ipsa Elisabethæ benignitatem sentiebant. Telis nobilissimis & tenuissimis in partes diuisis cadavera velabat, preciosas diuitum pompas in exequijs prohibebat, vt esset, quod egentibus tribueretur professa utrius esse defunctis, viuos tegi, qui sepultis apud auctorem vitæ pacem impetrarent.

Ludouicus domum reuersus, coniugem ad se de bonorum omnium profusione delatam absoluit, porroque jussit in studio pietatis & misericordiæ progredi.

Erat, vt suprà monui, vitæ illius moderator & custos conscientiæ, medicusque animi, Conradus Marburgius, vir summæ, ea tempestate, auctoritatis, famâ nominis, doctrinæ & integritatis inclitus, & Romani pontificis legatione ad signandum Christi militem in Orientem profecturum clarus, postea quæsitor corruptæ religionis, eoque nomine imperfectus. Apud hunc bonâ principis sui Ludouici veniam, castimoniam (saluo mariti jure) & obsequiū voto consignauit. Erat Conradus seuerus promissi exactor, minimèque in feminas blandus. Citatâ Elisabethâ olim ad Concionem, nescio quibus, vt in regijs aulis multa inter os & offam, feminis præsertim objiciuntur, impedita negotijs, nō apparuit, cui mox Conradus conditionem

ditionem & obedientiam renunciauit, iret & quæreret alium, cui promitteret numinis auctoritate obsequelam, nec præstaret. Indoluit sanctissima mulier de neglecto imperio, & per internuncios precata veniam aetum egit. Venit ipsa, & ad pedes Conradi tanta princeps & regia matrona se abjecit, pacemq; tandem impetravit, durius etiam pedisequis castigatis. In seipsum tam grauiter saepè animaduertit, corpusque regium adeò affixit, vt religiosi possent exemplo erubescere. flagris se concidebat, & ancillarum manus virgis armabat, quibus ipsa laceraretur. quod spectaculum ita mouit posteritatem, vt etiam in pictorum tabulas exiret, & in aris publicis spectandum sisteretur. Interim Ludouicus professus militiam sacram, crucéq; insignitus in Orientē mouit, Elisabetham viduauit, in itinere Brundusij, vel Hydrunte, vt alij memorant, rapidā febri extinctus. Nunciatur conjugi à Socru primū per ambages, mox aper- tè, mors Ludouici. Elisabetha concellatis digitis, quod est extremi doloris argumentum; Ergo inquit, frater occidit meus? (sic mari- tum appellare consuecerat) mihi ergo simul cum illo omnia mundi gaudia extinta sunt. illicoque surgens, & aulam per- currens ad parietem adhæsit, parum gnara quō tenderet, aut quid aetitaret: ita commouerat, & non nihil emouerat mentem subi- tus animi motus. sed miti præsentium oratione recreata, & cælesti consolatione numinis, quod in tali tempestate suos non destituit, delibuta, animum paullatim recepit. Cæterum Deo reliquum om- ne vitæ tempus transcripsit.

Primum hoc telum erat, quo post Ludouici discessum icta est Elisabetha, proxima virtute tolerantia, antiquissimæ memoriz Iolo, quem ad singulare certamen tyrannus inferorum prouocauit. Mox alterum longè atrocius in eandem intorsit. Henricus Lu- douici germanus malis aulæ coruis suadentibus, fratri bona, quæ ad Hermannum Ludouici ex Elisabethâ filium ex asse per- tinebant, inuasit: arces, castra, oppida occupauit. Elisabetham (hoc est, ipsam virtutem) omnibus fortunis exutam præcipitem exturbauit. Descendit regia mulier, vt olim sanctissimus Rex Da- uid à filio regno pulsus; descendit, inquam, Elisabetha omni suorum ope destituta, cum paucis pedisequis, in subjectum Ca- stro oppidū, incerta quō diuerteret. & quæ paulo ante tot peregrinis hospitia, tot egris valetudinaria, tot miseris domicilia cōstituerat, ipsamet, quibus succederet tectis, nō habebat. Proximā inde cauponā ingressa, illius noctis partem traduxit, quoad signa ad preces matu- tinas canerent religiosorum S. Francisci, ad quorum ædem se mox

Aa 2 contulit,

DE S. ELISABETHA REGINA,

contulit, rogauitque præfides Chori, vt vellet SS. Ambrosij & Augustini hymno Deum suo nomine laudare, quod data sibi esset occasio aliquem paupertatis gustum cum Christo experiri. tantum abest, vt indignatione mota, ylli mortalium, quamvis atrocissimis prouocata iniurijs male precaretur. Interim omnibus exclusa tectis, quod passim omnes ciues Henrici formidarent indignationem, non fuit ausa ad primam redire cauponam. Et paruuli interea ex arce deportati sunt ad eam liberi, cum geminis inquam foroculis Hermannus, qui maternum Elisabethæ pectus dira commiseratione lacinabant, cum miserabilis matrona non haberet, quo loco paruulos reponeret, poterant hec clamitantes heroum animum frangere, quem tamen Elisabetham non debilitarunt, cum illa tantis ærumnis afflita quasi fortior, vt pressa palma exurgeret. Confugit primum ad Sacerdotis eches, mox ducta in amplam hospitis domum, tamen fere extra domum habitauit, in ultimum tecti angulum & angustias cum tota familia retrusa coactaque ad sordidum cauponis stabulum reuerti. Nec hic modus finisq; afflictissime principis fuit. Ingressæ nescio quam viam oppidi alto cæno obsitam (angusta viatori semita patebat) occurrit illuc Elisabethæ anus, quam felix olim infelicem stipe aluerat, ægræ medicamentis fouerat, aliisque beneficijs affecerat, hec vipera Elisabethæ non modo viæ non decessit, sed impulsam in medium lumen abiecit, vt omnem corporis cultum fædissime inquinaret, ipsaque se vestemque in flumine eluere cogeretur. nec interim aduersus lamiam indignata, risu etiam suam fortunam (quam supra fuerat) prosequebatur. Sed tantam tamque exercitatem fæminæ patientiam non passa est Dei benignitas immunem abire, cælestibus delicijs, illustrationibus diuinis, visisque inusitatis, frequenter solari solita, magnaque gaudiorum copiam inundare, vt se penitus in Dei prouidentiam, amicitiam & sinum coniiceret, nouisque spiritus ad plura & grauiora perpetienda sumeret. Sed propinquai sortem inquam Elisabethæ miserati, curam illius suscepere, Matertera inquam Kizingenensis antistita, & Ekbertus Babenbergensis pontifex, illa enim vocatam ad auunculum Babenbergam viduam deduxit, qui, vt pareat, & propinquitas ac humanitas monebant, officiosissime excepta, pro conditione principis, sororis filia liberaliter habuit, sepositamque Babenstainij Castro, donec alterum illi maritum quereret, aluit quod ybi illa sensit, hoc agiab auunculo, vt contra animi sententiam & iuratam Deo castimoniam, cogeretur nupta fieri, statuit omni ratione repugnare, & si minus verbis profectura videretur etiam os truncatis naribus de honestare, vt procos omnes à sui contempla-

templatione & desiderio auerteret: hoc magis cælo se placitaram rata, quo minùs mortalibus arrideret. Inter hæc Comites Asiaticæ expeditionis Rudolphus Pincerna Varilanus, Lentolfus Berlste- tensis, Hartungus Erba, Gualterus Varila in Apuliam (vbi Ludouicus spiritum posuerat) reuersi, corporis jam defecati exuuias vrñā clausas secum in Germanias detulere. Quod vbi Babenber- gæ nunciatum est, Ekbertus euocatam Ludouici olim conjugem Elisabetham monet, vt venientibus viri cineribus occurrat. Nouum vulnus optimæ & amantissimæ viri feminæ infligitur, cùm in nouum funus ipsa propemodum funus facta, vt par est credere, prodit, pignus viri amplectitur, & resumtā anima, vt erat religiosissima, Deo etiam hoc beneficium in acceptis retulit. juuat precationis verba hic collocare, ne mutatione vorum simul pietatis gustum corrumpam.

Gratias tibi ago Domine, ancilla tua ingens, quod habui desiderium, in aſſeſtu ſum dilecti mei, adimplere, & afflictam & desolatam animam meam dignatus es misericorditer conſolari. Iſum tibi a ſemetipſo, & a me in ſubſidium TER- RAE tuae SANCTAE oblatum non inuideo; licet eum dilexerim ex corde. Tu ſci Deus, quod ejus desiderabilem praefentiam, mihi gratiſſimam, omnibus huius mundi delicijs, & gaudijs anteferrem, ſi iſum mihi tua benignitas conceſſet. Optarem q̄ omni tempore vitæ meæ in egeſtate & mendicitate viuere, dummodo ejus frui contubernio de tuo beneplacito licuiffet. Nunc verò iſum, & me tue voluntatis diſpoſitioni committo. Nec enim, etiamſi poſſem, eum ad vitam reuocare minimo mei capitiſ capillo, præter tuum beneplacitum, vellem.

Dein vocatos domum reduces, humanitärque ſalutatos cùm confidere juſſiſſet, cœpit exponere, quid ſibi, liberis, familiæ ſe- cundum mariti obitum accidiffet, quām indignis modis iſpa te- cto, liberi hæreditate, famulæ ſeruitio fuiffent expulſæ, neque ſetam de ſua ſorte queri, quām inter beatas reputaret, vt que jam pri- dem omnes praefentis vitæ ſecundas res inter aduersas duceret; quām pupillorum vicē dolere, qui præter jus, faſque omne, bonis paternis ſint exuti, cum matre in vltimas vitæ neceſſitates coniecti, alieno- rūmq; misericordiā viuere coacti. Hospites indignitate rei vehemē- tiſiſimè comoti, cauſam ſe ejus acturos ſpōpōderunt. Egit cum eisde Ekbertus auunculus Elisabethæ, pontifex Babenbergesis, vt ſuis ſedi- bus & loco mater cum trigemina ple reſtitueretur. Interim ad Hen- riciū nūcij volāt, ad ferri vrñā pignorū Ludouici ex Apulia, Elisabethā aduentare: q̄ vbi inter proceres & populum increbuit, certatim gra- tiſſimā apud omnes principis memoria ſuccurrū eſt, funūsq; maxi- mā celebritate conditorio majorū illatū. Rudolphus exin pincerna

Aa 3 Henri-

DE S. ELISABETHA REGINA,

Henricum aggressus, liberâ sanè voce compellauit: Ludouicus germanus tuus, fortissimus iuxta ac religiosissimus princeps, patriâ liberos, coniugem, principatum, vitam reliquit, ut Christo sua terræ sanctæ incunabula ex hostibus assereret; tu frater principis, quem ille tutorem coniugi, liberisque reliquerat, viduâ suis sedibus exturbas: ad ultimam necessitatem redactam stipem rogare cogis: pupilos ejicis: hæreditatem inuadis: manes fratris incestas. quid Deo iusto vindici respondebis? quid apud fratrem excusabis? quæ ista ratio inter proximas necessitudines est viuendi? tutior illa inter hostes apud Saracenos & paganos, imò feras, quâm leuirum vixisset. quod hostis erubuissest facere, frater designasti; vxorem fratris regia stirpe ortam, matronâ qui sui sanctissima, exemplu pudoris, pietatis, religionis proscribis? quam viri primùm discessu afflictâ, morte exanimata, ex suâ possessione in exilium, in viâ, in mendicitatē coniicis? tibi apud omnem posteritatem semipaternâ infamiam, apud omnes sapientes indignationem, apud subiectos odium creas. Erras, si perinde, ut feminæ solitudinem & viduitatem in terris omniâ desertam auxilio vides, à cælo quoq; numinis ope destitutâ credis. atrocissimâ supremi numinis vindictâ in te concitas. Quid in te mulier offendit, aut potuit offendere, quam nemo ne laudare quidem satis vñquam ob virtutem potuit? Malè gessisti rem pub. turpissimam famâ notâ inuissisti nomini tuo, principatus iura cōfudisti, pupilos à matre astraxisti, quos ob inopiam regia mulier alere non potuit. Non vides atque adeò non sentis imminentem iugulo tuo sententiam supremi iudicis viduarum, nisi læsam tam atrociibus iniurijs omni ratione placas, & illam ad iratum tibi numen placandum allegas. Euerberauit oratio Rudolphi, aures, animamq; principis torpens. accepit in meliorem partem, quamvis liberam admonitionem amici, Henricus, vel quod nondum honesta indoles omnem humanitatis sensum extinxisset, vel quod perculsus, vti reor, metu numinis, nisi satisfaceret offensæ, imminentem sibi vindictam extimesceret. certè ærumnis illacrimans Elisabethæ, ad illius arbitrium se promptum esse omnia, quæ eripuissest, redhibere; ignosceret sibi, & iras cælitum à se auerteret. peccauerat enim Henricus, paullò ante adolescentiam egressus, non tam suópte ingenio, quam improbissimorum mancipiorum scelere circumuentus, quod Henrico non primo ysu venit: multos principes & Cæsares domesticorum seruorum impiâ fraude in scelus actos meminimus; Elisabetha vbi recognouit Henricum iniurias deprecari, paratumque ad castra, oppida, agros, omnia denique reddenda, quæ ad ipsam, velliberos pertinerent, nihil pro se exegit, nisi quæ ad dotem pertinebant,

tinebant, cuius usum fructum liberè petebat, ut esset, unde egenis largiretur. liberis sua iura salua volebat. Ita conuenit inter Henricum & Elisabetham, quam officiosissimè tractauit, quamdiu apud illum in castro morata est. sed illa fastiditis aulicis moribus ad cælestes delicias aspirabat. ambibant multi ipsius jam restitutæ thorum, sed illa despontam Christo viduitatem sacrostantam habuit, proculque ab omni Veneris cupidine remouit. **Quod** ubi proceres Thuringi animaduertere, feminam ab omni ciuili aulicique apparatu & fastu abhorre, gaudere humilibus & abiectis, negligere cultum vestium, omniaque gaudia corporis tormentis æstimare, exosi pietatem, quam adorare debuerant, ut mos est profanorum hominum, pro deridiculo, fanaticam, fatuam, insanam dictitare, nec alloquio, nec vulla veneratione dignari, quod sanctissimæ feminæ multo gratius fuit, ac si exquisitissimis cæremonijs coleretur. Erant tamen è sapientioribus, qui ipsius virtutem admirabantur, continentiam laudabant, modestiam predicabant. **Quin** ipse Christiani orbis Pater, Gregorius Nonnus, qui ad Ecclesiæ Sanctæ clauum sedebat, cum de tantæ principis virtutibus accepisset, atque ingentes ærumnas, quibus à viro morte agitata fuerat, didicisset, Epistolam composuit, quæ illam ad spem æternorum præmiorum excitabat, similque Conrado viro religiosissimo, & id loci doctissimo, qui singularem ipsius curam patris loco susciperet, commendauit. Grata fuit Elisabethæ cura summi in orbe Patris, sed habebat illa Curatorem certiorum in cælo, qui maximis illam copijs gaudiorum explebat, quibus adeò hilarata est, ut nemo in summis honorum triumphis ita exultarit, atque ipsa in omnium rerum contemptu. Itaque cœpit apud animum tractare, quibus se modis magis inter homines abijceret, ut majore apud Deum gratiam valeret. Institit ergo apud Conradum, cui dudum obsequium voverat, petere, liceret sibi abdicatis omnibus rebus humanis, etiam ipsa dote, mendicatio viuere, & ostiati stipem rogare, quod tamen non impetravit, sapienter Conradum feminæ desideria temperante, quod varias sciret necessitudines in vitam humanam incidere, præfertim feminarum; Erant præterea Ludouici, quæ fecerat nomina, dissoluenda. Illa tamen, quod proximum erat, ut Christum nudum, omnibus exuta commodis sequeatur, in æde sacrâ D. Francisci apud religiosos paupertatem, quantu in ipsa fuit, iurauit, omniaque vitæ commoda ejurauit. Secuta Magistrum, Marpurgum, ubi conditâ ei ædiculari sedem Conradus posuit, vestes delicatas detraxit, abiectas induit, ancillas lauiores

A a 4 remouit,

DE S. ELISABETHA REGINA,

remouit, omni deniq; humanâ cōsolatione spoliauit, vt ardentiū & pleniū Christo inhærens adoleret. Marpurgi valetudinarium instaurauit, vbique plenis votis miserabili turbæ ancillabatur, quibus ipsa mensam præbuit, & ad suam adhibuit, adeò addicta fuit ægris, vt Conradus temperare virtutis ardorem coactus sit. It cum nulla bona largitrici sufficerent, ipsaque leguminibus & olusculis aquâ elixis, vitam toleraret, lanâ facienda, quod in regijs matronis inauditum, suóque manus precio vixit. Detulit fama hanc vltimam inopiam Elisabethæ ad Andream Pannonus regem, parentem illius, quem verecundia simul natæ & miseratio mouit, vt ex nobilissimis dynastam, Marburgum mitteret primum rei cognoscendæ, deinde filiæ domum reducendæ, ratus in suam redundare infamiam filiæ mendicitatem.

Pama, hoc nomen legato erat, vbi Marburgum venit, ad colum sedentem regiam feminâ offendit, & attonitus; Christe sancte, inquit, quid hoc spectaculi aut miraculi, regium sanguinem Hungariæ rege natum, principē Thuringiæ seruaru modo fusum torque, in sordibus jacere, regiū corpus pannis obsitum squalere. quæ te miseram fata vrgent, aut quibus ærumnis conflictata in hunc fortunæ casum descendisti? Adsum Domina, vt te jussu Regis ad Regem patrem reducam, qui, si præsentem tuam vitæ conditionem atpiceret, examinatus concideret. Elisabetha, gratijs parenti actis, decretū sibi respondit, spe melioris & æterni regis recipiendi, cœptam viuendi rationem pergere, viam sibi cæli Imperatorem præiuisse, hunc se sequi, nec ab eâ, quoad viueret, recessuram. Ita Comes ad Regem, illa ad lanam reuersa, quotidie majora virtutis exempla edebat: A cuius familiâ nobiles puellæ remoræ, è seruili fortunâ assumtae, quæ non tam ipsi, quâm ipsa illis seruiebat; In mensâ ad latus assidebant, Dominâ se appellari vetuerat; suo nomine, vt quisq; è vulgo alter alterum compellat, compellari voluit. Fuit inter famulares puellas Hymengardis obseruatrix simul & admiratrix operum Elisabethæ, quæ in submissione dominæ suæ attonita hærens: Tu quidem, inquit, hera, tibi præmia modestiæ concilias, dum nos mensâ tuâ dignaris, atque assidere, eadémque quadrâ viuere jubes: sed vide, ne dum tibi prodes, nobis obsis, quæ nobis de tantâ dignitate non mediocriter placere, atque etiam blandiri & intumescerre possumus, quâdo jubemur cum principe & reginâ ad eandem mensam accübere, Hic Elisabetha: nihil est quod verecunderis; ipsamq; familiariter in sinum recepit, vt se plus humilium ancillarū cōuictu quâm regiarum virginum obsequio, delectari ostenderet. Hanc tamen

mensibi auctoritatis prærogatiuam retinebat, ut nemihi impunè liceret vocem mittere, quæ non pietatem, verecundiam, religiō-  
nem saperet. Si quæ contrafecisset; Vbi, inquit, est Dominus, qui de-  
sloquentibus medius adest. Adeò Numinis majestatem sem-  
per præsentem animo intuebatur. Hoc visitatum erat illi, & solemne,  
ut comitata puellis domos miserūm adiret, panem, farinam, carnes  
sua manu egentibus dispergit, inibique vestem, lectos, supellecti-  
lem cōtemplata, vbi deesse necessaria animaduertit, anulis, preci-  
osisque capitis ornamentiis oppigneratis in opere succurrit. Quibus  
rebus adeo se Deo probauit, ut eam omnibus mortalibus suspicien-  
dam miris & inusitatis factis exhiberet. Mater primum Gertrudis  
ante non paucos annos vitâ exturbata, piacularibus adhuc flammis  
vgebatur, quod in luxu regio & moribus aulicis mirum non  
debet videri, cum paganus olim yates monuerit pietatem in aulis  
raram esse. Gertrudis ergo ante mortem, inopinatō obtruncata,  
nullis expiata sacris deceperat, & mens tamen reginæ bona, ac vlti-  
mus spiritus haud dubiè non sine dolore expressus ab inferis infelicē  
defenderunt, quæ permisit numinis secundum nocturnam quie-  
tem Elisabethæ visa: Nata inquit dilecta, magnis adhuc flamarum  
tormentis cruciō, ob vitam non ex lege tranfactam, exora pacem,  
& veniam delictis, nam potes, impetra. Surrexit illico de lecto Eli-  
sabetha, supplicibüsque votis numinis clementiam matri concilia-  
uit; cui mox illa omnibus poenis expedita gratias egit, adiecitque  
preces illius omnibus, quibus vellet profuturas. Sed enim Elisabe-  
thæ mens in pauperum curam tota expendebatur, hæc illius erant  
miranda opera. Narratum est suprà, voluisse illam se omnibus bo-  
nis abdicare, prohibitamque à Conrado animi illius moderatore,  
jussamque pensionem annuam ex dote accipere, vnde & ipsa viue-  
ret, & alijs benignè ficeret. Nouerat Conradus illam pecuniā non  
nisi ad miserorum opem usuram. Restabant tamen præter pensio-  
nem, fundi, agri, pagi, oppida, quæ bona Conradi venia per auctio-  
nem vendita in pecuniam redigit. Dein rogatorum infinitam ex  
omni vicinia turbam ad certum diem cogi jussit. Confluxere tantæ  
copiæ, ut Exercitus videretur. His per ministros legem dixit, ne quis  
à destinato loco surgeret: ne bis ad capiendam stipem accederet: ne  
quis turbas cieret; qui contra fecisset, capillito plecteretur. Ita ex-  
pensa auri marçæ quingentæ, quæ supra sexaginta quatuor millia  
aureorum nostratis hodie numi efficiunt. Nullius vñquam Impe-  
ratoris, quamvis potentis tanta fuit in pauperes vno die munificen-  
tia. orbem ipsum si possedisset Elisabetha in egentes partita esset.

Nemo

DE S. ELISABETHA REGINA,

Nemo vñquam tam audiuſ fuit æris coaceruandi, quām cupidafu-  
it Elisabetha ejusdem tribuendi. Delata est per eam occasionem pu-  
ella ad Elisabethā perinde quāſi dictam illius legem violaſſet, iuſſaq;  
est attonderi, & ferebat comam tam laudatam, vt & ipsa ſe circum-  
ſpiceret, & paſſim omnes in ſui ſpectaculum attonitos aduerteret,  
puella immane vociferatur, non ſe ad ſtipem petendam, fed ſor-  
rem egram reuifendam veniſſe. quod cum Elesabedhe renunciatum  
eſſet, reetē factum affirmauit, non redituram amplius ad ſaltantium  
choros, corāmque adductam rogauit, nūmne ſanctioris olim vitæ  
cogitationem fuſcepifſet? Dudū inquit virgo hoc apud me delibe-  
ratum habebā, vt̄ res fugientes fugerem, & æternas per religioſam  
vitam confeſtarer. Enim uero flauentis & luxuriantis gratia com-  
me à destinato retardauit. Ecce tibi, quæ olim cæſaries regiam Da-  
uidis ſtirpem Absolonem à quercu ſuſpendit, ead. hanc virginem à  
voto religionis ſuſpensam interemifſet, niſi Elisabethæ ferrum fu-  
nem hunc iubarum abrupiſſet, quo plus ſe affici dixit, atque ſi Her-  
mañus filius imperatoria cum imperto inſignia cepiſſet. Mutauit ex-  
in puella vinculis comē exſoluta mentem, veſtem, vitam duceque  
Elisabethā operam omnē & vitam in valetudinario ægris impendit,  
ac pro vanitate capillorum, coronam nunquā auferendam recepit.

Iam Elisabetha nullis poterat officijs erga miſeros fatigari, nūc  
publica obeundo nosocomia, nunc ſingulis inquirēdis, quibus in-  
ſeruiret. deprehenderat pupillum omni ope humanā deſtitutum,  
morbōque moleſtissimo conſictatū, ſiue deſenteria, ſiue hæmor-  
rhois ille fuit, aſſiduo certē ſanguinis profluuiο laborabat. Hunc Eli-  
ſabetha diu noctūq; ſuis manibus fouebat, geſtabat, abluebat (cum  
ſæpe per noctem illius opem in felix imploraret) quoad animā effla-  
ret. Ab hoc ad virginem elephātias, quam lepram vocamus, ſe con-  
uertit, eāmque in ſuum intimum conclave deportauit, illic omnem  
curam, vt poſtremiſſima ſerua adhibuit, vt ne quid ægra deſideraret.  
huic cibum parauit, lectum cubicularem componuit, ſordes abluit,  
ſurgentem veſtiuit, ad ſomnum euntem deueſtruit. Sed Conradus  
hanc ab illa curam remouit, veritus ne ſimul ipsa & familia conta-  
gione tam infamis morbi traheretur. Cuius loco mox puerum fo-  
diſſima capitis porrigine tanquam furfuribus asperſum curādum  
fuſcepit. Denique inter ancillas ipsa ancillarum famulā egit. quic-  
quid in culinā purgandum, domi verēdum, curādūmue erat mi-  
ſis ſubinde alio per id tempus domesticis ipsa expediebat. Vicinam  
olim partui per mensem aluit, abeuntem pallio texit, ſe ſe exalce-  
auit, vt miſera à pedibus muniret, quæ cum relictō infante fugiſſet,  
preſante

precante Elisabethā non potuit progredi, donec reprensa, secum ab-  
stulit suum partū. In egentes tamen visa profusior, à Conrado coēr-  
cita est, ne familia rerum necessiarum inopiā premeretur. Itaque  
præcepit, vt singulis non nisi singulos teruncios impertiretur. Sed  
inuenit pietas illius etiam hīc artem plura largiēdi. dare prius sestert-  
ios solita, denarios eos in numos rededit, singulōsque leorū sum pe-  
tentia adnumeravit, vt nunquam plus simplici vice daret, quām nu-  
mum, & tamen vt sestertios exponeret. Itaque accusata à feminis,  
quas illi Conradus custodes, & velerū magistras apposuerat, acriter &  
seuerē non verbis, sed verberibus, ac colaphis multata est. cui dulce  
fuit quicquid Christi nomine patiebatur. Nec minus animis curā-  
dis quām corporibus intenta, multos ad expianda per confessio-  
nē peccata, multos ad religiosam vitam induxit. Nihil non poterat  
precibus apud Deum Elisabetha.

Gertrudis Leimbacha femina nobilis, ad Elisabetham venerat  
salutandam, quam comitabatur ephiebus Bertoldus, profano cul-  
tu corporis ornatus, sed parum à virtutibus excultus, vt solet vana  
iuentus, parum pensi habens salutem, antē quām ponit corporis  
ornamenta. Hunc contemplata Elisabetha, & ex habitu oris vesti-  
ūmque vanitate coniectans de animo: Quid agis, inquit, adolescens  
parum bene ad virtutem composite, quamobrem non applicas ani-  
mum ad virtutis cultū, & auctori vitæ tuæ te ipsum auctoras, à quo  
olim æternis bonis augearis? Propitia tu mihi, inquit, numen Do-  
mina, vt illum, pro vt par est, colam. Vis, inquit Elisabetha, pro te  
preces fundam? annuente & precante. Simul ergo Deo suplicemus.  
ambobusque in genua subsidentibus in Cœnobio VVerdensi, ubi  
resgerebatur, cœpit vtérque Deo preces supplices sternere, & tam  
ardentes Elisabetha, vt adolescens sentiret non animum suum tan-  
tum cælesti calore inardescere, sed ardorē etiam, in corpus redundare,  
quem cum ferre vehementiorem non posset, rogauit, vt illa mo-  
dum precandi ficeret; sed perseverante cœpit sudore perfundi, toto  
corpore disfluere, æstuare, concidere, vt ab acurrentibus fuerit le-  
uandus, qui maximā voce inclamans Elisabetham, vt remitteret  
preces, alioquin in carbonē redigendus. desij illa precari, ille ferue-  
re calorem, imò ardorem adolescentis ancilla vix potuit sustinere,  
quę manus illius tangebat. Ipse ad S. Francisci familiam se mox con-  
tulit. Cæterum ipsa perse in meditationem rerum diuinarum con-  
iecta hauriebatur à cælesti spiritu, Christique multis sanctis stip-  
tiaspectu frequenter dignata absorbebatur, à quo miranda didi-  
cit, sed alto silentio pressit. Certè os à contemplatione redeuntis

ad eo

DE S. ELISABETHA REGINA,

adeo subinde radiabat, vt cum Mose in Sina versata videretur. Durabat hic secessus mentis multas saepe horas, nec a reditu mentis cibos admittebat, cælestibus epulis saginata. Sed jam decurso tam laborioso vita stadio pacis tandem grata appetebat quies, ad quam ab ipso Christo coram benignissime inuitata cognovit, quo dies sibi vita migrandum esset. Decumbebat grauiter eodem tempore Conradus ipsius moderator conscientiae, ad quem ingressa discipula solabatur laborantem. Et cum inter religiosam sermocinationem quereret Conradus, quam vitae rationem in sua morte (sumnum sibi diem imminere ratus) cogitaret instituere: Hic Elisabetha de morte quidem Conradi conticuit, sibi vero adesse supremum vitæ tempus, idque se diuinitus cognovisse respondit, quartoque ab eo die valetudine tentari, ipsosque dies duodecim assidue laborare, saepe intra eas dies cœlestibus visis, symphoniam, illustrationibusque recreari. Ultimis diebus nullum amplius ex visoribus præter Conradum & domesticas ancillas admisit; ad ultimum tribunal iudicis, inquietabat, causa dicenda est, absint curæ mortales. Ergo sacris omnibus expiata, cum de ijs, quæ pauca supererant bona, a Conrado rogaretur, quid statueret, vestem duntaxat vilem, qua defuncta tegeretur, sibi retinuit. reliquorum omnium ex asse hæredem fecit in pauperibus Christum, ad quem anno virginei partus c. 15. cc. xxi. mense Nouembri ex presenti vitâ est profecta, & quarto post die in ædicula Xenodochij, quod ipsa suo ære posuerat, condita. Ad funus ingens omnium ordinum concursus est factus, pauperum lacrymis illi parentatum, quorum alij benignissimam patronam lugebant, alij suâ altricem, famem & mortem formidantes gemebant, alij denique velut ipsam parentem deplorabant. populus ex funeris reliquias carpsit. prodigia inde multa ad tumulum edita, omnis generis mala corporis & animi curata, sedecim in vitam reuocati; quæ mira Elisabethæ sanctitatem adeo celebrarunt, vt in publicas relata tabulas & præsulum signis testata ad Gregorij i. x. Pont. M. tribunal examinanda mitterentur, qui, datis cognitoribus, posteaquam intellexit vera esse, quarto post anno, quam erat defuncta, Perusij A. Chri. c. 15. cc. xxv. vii. Cal. Junij, præsentibus Patriarchis Hierosolymitano & Antiocheno, multis Metropolitanis, Episcopisque frequentissimo ordine hominum sacerorum, & infinito populi concursu, ipso die pentecostes instituta suplicatione a Gregorio cælesti religione consecrata, sanctaque inter Sanctos est accensa. Quod ubi in Germaniam est renunciatum, tota natio excurrit, & ad sacri corporis ex humili & abiecto tumulo proferendi transferendique, & nouo

OBES

nouo honore exornandi summā frequentiā accurrit; inter quos orbis princeps Fridericus Imperator, facri tres Imperij Septem-viri, Moguntinus, Coloniensis, Treuitensis, illisque minores Pontifices subiecti, principes Imperij, duo germani, Ludouici mariti Elisabethae, fratres, Henricus & Conradus cum Sophiā matre, socrū Elisabethae. Denique censi omnes supra duodecies centena millia. Sacer olei liquor ex ossibus benignissimae principis, liberaliter cum gratissimā odoris fragrantia promanauit, testis castimoniæ, sanctitatis, & in pauperes benignitatis. Dona, vota, regia, à Cæsare, & regni proceribus oblata. Illique ipsi, qui ante paucos annos Elisabethā ex arce, castro, ædibus, omnium egentem, exturbarant; qui fatuā & stultam deriserant, nunc supplices ad puluerem tumbæ jacent, plorant, venerantur, ac sibi propitiatiare conantur. Hæc rerum conuersio fieri solet in Sanctis, primum abjectis, postea glorioſis & diuinis. Hæc ex octo libris in octo ferè paginas relata conſtrinxi, indignus qui de sancta tam illustri & cælesti feminā tam indignè scribam: subſcribam tamen etiam Iusti Lipsij verba ex libro de D. Virgine Hallensi, quibus hanc diuinam matronam & patronam illustrat: Nam post stirpis originem descriptam hæc subdit:

Quæ (Elisabetha) admodum puella, & trimula dumtaxat, *Ludouicis filij p. 6. c. 2.*  
*Hermann, Langrauij Thuringie & Hæſie, nuptijs deſpondetur, legatis v-*  
*trimque miſis: qui Ludouicus inter potentes Germanie Dynastas eminebat, &*  
*genus ac ſanguinem ad Carolum Magnum referebat. Deducitur in Thuringiam*  
*anno poſt, id eſt, quadrienniſ: & ſub oculis curāque parentum futuromarito cre-*  
*ſcit & educatur. Quantis jam tum ſanctimonie indicijs, longum ſit dicere: hoc*  
*moneo, puellam, uxorem, viduam, mira pietatis laude celebrem fuſſe: ideoque*  
*apictoribus aut ſculptoribus paſsim caput ejus triplici corona insigniri, quam in*  
*quoque ordine illo jure ſibi poſcit. Sed hæc igitur grandiuscula, & viri jam pati-*  
*ens, marito jungitur, annos nata circiter quatuordecim. Is mulierem matremque*  
*fecit, & genuit ex ea anno altero Hermannum, primum unicūmque filum: &*  
*mox biennio poſt filiam Sophiam, quæ Ducinistro Brabantie nupſit, ut dicam;*  
*iterumque biennio, alteram Sophiam, quæ matris, opinor, monitis aut exemplo,*  
*pertea rerum terrefrictum, & cæleſtia ſpirans, ſacrarum Virginum cœtui ſe*  
*mancipauit, in Franconia monaſterio Kitzingā. Quod ita in Chronicis Erphordi-*  
*ensibus fideliter scriptis reperio: eti alibi, hanc non Sophiam, ſed Gertrudem di-*  
*ctam, & Virginitatem conſecrassæ Aldenburgi. Hi liberi. neque maritus diu ſu-*  
*perfuit: cum tactus piæ militie amore, anno M. CCXXVII. vna cum Federico*  
*Imp. ad terra ſanctæ recuperationem iret: iret, nec perueniret. Nam Hydrunti*  
*in Apulia, dum transgredi omnia parantur, febri correptus obiit, ſiue, ut alij,*  
*veneno interceptus. De loco plures conſentunt: legi tamen, qui in Siciliâ obiijſſe*

Bb afferant.

DE S. ELISABETHA REGINA.

afferant, nostro fortasse, non suo errore: cum illius cui nomenclatura ipsa Apulia, & regnum illud hodie Neapolitanum, Sicilia nomine dicerentur. Duplex enim ea erat, ultra & citra fretum siue pharum, ut loquuntur: atque ita igitur hic capiamus. Sunt etiam qui in ipsa Terrâ sanctâ obijisse, sed temere & falso, tradunt. Loculus quidem & ossa paulo post ad mortam Elisabetham translata: mortam, etiam ab iniurijs, quas ab Henrico fratre mariti erat passa. Is enim a primis statim nuncijs de morte, Hermanni pueritiam suum cōmodum ratus, prouinciam, arcem, bona inuaserat: Elisabetham cum suis eiecerat: ita propere & ferociter, ut misera paruos liberos trahens, & cum fortunâ deserta ab omnibus, vix hospitiu reperiret, metu potentioris. Contulit se itaque in Hassiam, tota pietati iam conseruata, eique assidue, duceore quodam Conrado, religioso & optimo viro, operatur Marburgi: ubi & diem suum obiit, etsi placato jam Henrico, & ideo ab opibus instructior, sed quas non nisi in pauperum usum, & statim elargitura admisit. Obiit autem quadriennio circiter a marito, anno MCCXXXI. quod scriptores ejus qui constanter tradunt: & ergo juuenis obiit, nec nisi annos viginti quatuor natu: breui circulo quantam virtutum copiam complexa? Quae famâ, sed & miraculis diffusa, caput Ecclesie Gregorium tunc Nonum haud latuerunt: atque is eas produxit & propalauit, & ipsam, conuentu & consensu sacerorum procerum Perusie & caelestium numeris adscripsit: iusitque precibus & veneratione prosequi, & festum quotannis diem habere XIII. Kalend. Decembres, quo ex hac vita migrasset. Diploma ipsum Pontificis Vaticana Bibliotheca in Registris suis habet, promulgatum anno MCCXXV. quadriennio ab ejus morte. Eo autem in Germaniam perlato, concursus Marburgum factus: ossa de humiliore in altiorem locum & auguстиorem loculum, translata: cum adesset Imperator ipse Fridericus, honoris & pietatis ergo, itemque Archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, Bremensis, & magna utriusque ordinis procerum manus. Quo tempore e sacro cadauere oleum vberitatem manauit. Imperator corona aurea decorauit, alij donu alijs: epo te, Dina, breuiter laudibus precibusque, Salve & faue.

Aduerte Lector.

Pag. CXXXVIII. versu V. post vocem hujus adde auus. Nam Ludouici VI. Ludouicus IV. auus fuit, non paternus.

Stirps tota huius nostri Ludouici ita se habet.

Generis caput est Guilielmus Arelatenfis comes, non Aurelianensis, ut quidam tradunt.

Guilielmus creauit Ludouicum Thuringia comitem.

Ludouicus Ludouicum II. saltatorem.

Ludouicus II. Ludouicum III. Thuringie & Hassiae Landgrauium.

Ludouicus III. Ludouicum IV. dictum ferreum, auum nostri Ludouici.

Ludouicus IV. Ludouicum V. & Hermannum patrem Ludouici VI. ex Sophia II. Othonis VII. Vielzachij principi filium.

Hermannus, Ludouicum VI.

(jorum filia).

Ludouicus VI. maritus S. Elisabethae Hermannum II. & Sophiam.

Sophia nupta Henrico Brabantino, quorum filius Henricus Landgrauiorum Hassiae, qui hodieque viuunt, auctor & propagator est.

Ita Ludouicus S. Elisabethae conjunx matrem habuit Bauaram, Schireensem principem, & ipsa itidem Elisabetha Gertrudem Andecensem.

In auersâ facie ejusd. pag. versu quarto ante ultimum, in centone Virgiliano lege

Restitutus (Elisabe) clarique in ueste resulst.

S. HEDVVI.

## S. HEDVVIGIS

ANDECENSIS.

**H**edvvigem (a) Bertoldo (b) Andecensi viro illustris  
 simo natam constat, quem nonnulli primum (c) Me-  
 raniæ ducem, comitemque Tiroleos laudant, à quo  
 Hedvvigis (d) Henrico Barbato Silesiæ & Poloniæ prin-  
 cipi nupta, senis editis liberis, concepto voto castimo-  
 niæ, marito annuente, constatissimè per triginta an-  
 nos coluit, corpùsque adeo durè habuit, vt summa hieme, cun-  
 ctis gelu rigidibus, nuda pedes, per niues incederet. Cibum gusta-  
 uit nunquam, nisi prius eundem egentibus, quos denos ternos ad  
 numerum Christi & Apostolorum vbique sècum habuit, flexo po-  
 plite ministrasset. Lumbos horrente setis veste strinxit; Vigilijs, in-  
 edia, flagris grauissimè se affixit. Vnde magnis à Dèo dignata be-  
 neficijs, futura prædicere, egros curare, arcana pectorum aperire,  
 incessum claudis, lumen cæcis dare poterat, vt alia innumera, mul-  
 tis paginis à varijs scriptoribus celebrata taceantur. Rem diuinam  
 ita assidue audiebat, vt vbi cunque posset (e) sacrificanti Sacerdoti ad-  
 eset. S. Benedicti alumna religiosam vitæ disciplinam acerrimè ob-  
 seruauit, votis cōtinuis addicta, quām olim ad Christi de cruce pē-  
 dentis effigiem preces fundentem, imaginis dextra clavo soluta, in  
 bene precantis modū cruce (f) signauit. Tandem à cælitibus inuita-  
 ta, Cracoviæ Idibus Octobris Anno P.C.N. c. 10. CCXLIII. in cælestē  
 aulam emigravit. A Clemente postea IV. consecrata, Diuīsque re-  
 liquis quarto & vicesimo post mortem anno adscripta. In Chroni-  
 cis MSS. Franciscan. lego de hæc in hæc verba. *Hoc anno Idibus Octob.*  
*in Viterbio est canonizata per Dominum Clementem IV. pontif. ejus anno III. Ve-*  
*nabilis Hedvvigis, olim Ducissa Poloniæ, quæ post suum felicem transitum pluri-*  
*mis prodigiis miraculorum claruit.*

Ioachimus Curéus, quem Scherer, interpreteris, in Silesiæ mo-  
 numentis & annalibus Hedvvigis res gestas persecutus est, homo ab  
 Ecclesiâ Romanâ alienus, qui tamen illam cælo non deturbabat, sed  
 vtrō fatetur sanctam beatam, & omni virtutum genere ornatam.  
 Næuos interim suos illi fuisse, quod castimoniam, annuente viro,  
 coluerit: quod sacras Dei Diuorumq; iconas venerata sit: quod parē-  
 tum ac liberorū morte constantiori animo, quam fæminæ solent,  
 tulerit. Hosce næuos quis non videt eximias & nunquam satis lau-

Bb 3 data

D E S. H E D V V I G E

datas fuisse virtutes. Sed ineptus scriptor Hedvvigem simul inter idololatras collocat, & cælo transcribit, immemor, nullam esse communicationem luci cum tenebris, nec posse nos duobus dominis seruire. Sed missos faciamus hosce Doctores: cæci sunt & duces cæcorum. Impingit illi etiam notam damnatarum nuptiarum, cum neque illa matrimonium contemserit, neque Ecclesia (ut improbus improbè mentitur) coniugium proscripterit vñquam, aut proscriptat, sed illud cuiusque arbitrio permittat, melioraque consilia sequentibus minimè repugnet.

(a) Ita omnes historici. (b) Chron. And. La<sup>z</sup>ius, alij. (c) Cromerus lib. 7. Carinthia & Moravia ducem nominati. In vita apud Surum, & Chronicis Andecensi Merania & Tiroleos. comes appellatur rectius. nec enim Moravia, sed Merania princeps fuit. La<sup>z</sup>ius ducem Istriae Bertoldum tertium Hedvvigis patre affirmat.

(e) Hinc ille versiculus: In solâ Missâ non est contenta Duciâ. Quot sunt presbyteri, tot Missas optas haberi.

(f) in ejus vita apud Surum.



B. ALBER-

B. ALBERTVS MAGNVS.



Quod tibi MAGNE Pater natura nouerca negarat,  
Mater cœlestis prestiit ingenium.  
An sua noluerit prodi miracula mundus,  
Nescio; MAGNE tibi prodita cuncta scio.

Prisca Stagira suum tot ab annis iactet alumnu!  
Non canat ALBERTVM Norica terra suum?  
Illius doctas mirentur sœcula chartas,  
Miro ego saluas, post tria sacerla manus.

Bb 4

B. ALBER-

ALBERTA MAGNA



## B. ALBERTVS M.

## EPISCOPVS RATISPONENSIS.

**S**euiaæ, Boicæ, totiūsque Germaniæ, ne dicam orbis terrarum lumen Albertus, cognomento, propter eruditio-  
 nis excellentiam, Magnus, S. Dominici familiaria-  
 iam tum per orbem sparsæ singulare sidus, Lingonæ  
 seu Lavingæ Sueuorum emicuit, optimo genere na-  
 tus, indole probâ & honestâ, sed minùs ad cultum  
 ingenij idoneâ, quod puerum laudis & excellentiæ appetentem  
 miris modis torsit; cùm interæquales nobilitate plerisque clarior,  
 ingenio, quo tamen cedere nemo cuiquam cupiat, sordidis etiam  
 opificum palliolis concederet, egréque & multo vix tandem labore  
 asséqueretur, quod infimæ sortis adolescentes nullo negotio com-  
 plectebantur. Itaque desertus à naturæ, quam nouercam experie-  
 batur, præsidijs, ad asylum & aras Virginis, quæ supra naturam &  
 Virgo, & mater D E I colitur, confugit, assiduisque fatigatam preci-  
 bus propè coëgit hebetem animi tarditatem emendare & exacuere.  
 Sed hoc postea. Interim statis illam votis quotidie quâm religiosissi-  
 mè adiit, totumque se ejus clientelæ commisit, non secùs ac ad uer-  
 sus matrem familiariter affectus, cui se etiam clementissima regina  
 mortalibus oculis spectandam obtulit, monuitque, vt S. Dominici  
 per id tempus vbiique locorum efflorescentem sodalitatem coleret,  
 atque in ejus vestigia sensim pedem poneret; futurum olim, vt illius  
 ipse gentis singulare ornamentum existeret. Reposuit altâ mente  
 nobilis ephebus, quod à cælesti magistrâ monitus erat. Missus inde  
 parentum voluntate Patauium, ad ingenium majoribus disciplinis  
 excolendum, incidit in Iordanum vnum ex illo S. Dominici coetu  
 virum primarium, atque sanctitatis opinione eximium, parique sc-  
 rere vi dicendi & persuadendi, quâ totas hominum turbas in religiosa  
 castra contrahebat. Hujus quotidiano vsu & familiaritate, miris  
 modis capiebatur Albertus; sed quo minùs jam tum suo consilio v-  
 teretur, vestemque mutaret, & comam in monachum tonderet, ob-  
 stabat præsens cognatus, qui atatem illius ex majorum auctoritate  
 regebat, & meliora juuenis consilia intercipiebat, cùm vsu consue-  
 tudinéque Iordanii interdictus (qui multorum hodie sunt mores)  
 cogeretur jurare, nihil se de genere vitæ mutando, nisi certo annoru  
 numero decurso cogitaturum. Interibi Albertus, quod yltimū ha-  
 bebat præsidiū, suam salutem curæ D E I matris quotidie multo stu-  
 dio

1333.  
 Ex annal.  
 Dominic.  
 ex Ital.  
 translatio.  
 Thom. Bo-  
 zio. Ru-  
 dolpho No-  
 usomago.  
 Io. Flam-  
 nio Foro,  
 cornelienfe  
 lib. III. de  
 Circa Illu-  
 stris. pred.  
 Ordina.  
 Molanus  
 XV. Nov.  
 Trithem.  
 paßim.  
 Michael  
 Buchinger  
 p. 244. ed.  
 Moguri.  
 Sacrarie  
 Colonta.

D E B. A L B E R T O M.

dio commendabat. Et fuit cordi cælesti patronæ clientulus Albertus. Interim dies vltimus exacti temporis illuxit; nec Albertus amplius cunctandum ratus, posthabit is omnibus rerum mortalium negotijs vltro ad Iordanum paulò ante sub ejusdem concionē nouo spiritu inflammatus aduolauit, dixitque se de cætero in illius velle auctoritate esse, Christumque, sanguine propinquum, parentibus, cognatis, opibus & copijs omnibus valere jussis, nudum sequuturum. Ciuite igitur pallium cum omni ornatu cultuque vestium abjecit, togā candidam sacrāmque sumsit, int̄erq; religiosos cœpit profiteri. Quod juratissimo omnium religionum hosti ac perduelli Dei codæmoni adeò perdoluit, ita è fauibus suis nobilissimum juuenē extorqueri, vt in omnes se partes versaret, omnēsque artes adhiberet, quibus Alberti consilia interuerteret. Erant in Italiā multa & promta, & magna ingenia juuenum, qui in eodem S. Dominici contubernio cum Alberto studijs majoribus operabantur. Nam Iordanus magnum in accensendis adolescentibus, vt par erat, delectum habebat; & quantum fieri poterat, inter præstantiores præstatiissimum quēmque Christo asserebat. Albertum virtus, innocentia, nobilitas Iordanus commendabat, quibus vt æquales facile superabat, ita naturæ ornamenti, & ingenij felicitate, à plerisque omnibus superabatur. Disputabant illi acriter, ingeniosè, eruditè & acutè, laqueos dialecticorum callidè exibant; alijsque ijsdem inuoluebant: Albertus iacebat, nihilque admodum poterat, quin & ridebatur etiam vt peregrinus, cum rudijs & pinguijs de rebus subtilioribus dissereret, quæ res insolētem ignominie animum ita abiecit & exanimauit, vt in vltimam desperationem conjectus, tristissima consilia de fugā & deserendā religione agitaret. Quæ dum molitur exequi, in eaque cogitatione assiduè versatur, inter tantas animi angustias deprehensus, cælesti quadam illustratione per nocturnām quietem obiectā mirificè recreatur.

Etenim (iuuat hic interpretis ipsius ex Italicā voce tralata verba subscrivere) de deserendo religiosa vita instituto cogitati, & septa monasterij, audaci conatu træscendere cupienti, ipse sūe Scholæ murus resistere, ac se opponere salienti vijsus est. Sed admota scala cum nihilominus capto non absisteret, ac versus monasterij portam, per eam egressurus tenderet, tum verò trinæ Virgines eximia venustatis formâ venerabiles, se venienti Alberto obiecerunt, abitumque omnem vijsa sunt corporum suorum obstruere oppositu. Harum vna iuuenem comiter affata, abitus causam poposcit; cui ille ingenij duritatem ac in studijs tarditatem retulit. Illa verò blande tristē solata, eam solitudinem ponere iubet; Deipara enim inquit, cui nos famulamur, quāmque ipse præsentem spectabis, te tuo voto compotem

tem faciet, & quod postulas cumulate prestat, dummodo huic Dominae supplices  
tendere palmas volueris, tuumque desiderium tu ipse exposueris. Albertus igitur  
tam blando verborum lenocinio recreatus, gestire & efferrigaudio mirabiliter  
capit, & earundem comitatu stipatus, virginis Deiparae sicutur. Rogatus ergo cu-  
ius rei copiam fibi fieri posceret, supplex penitissimam naturali Philosophia & cogni-  
tionem petiit; In qua quidem enucleanda eo tempore non satis feliciter laborabat;  
Cuiculum Domina; Agedum, inquit, voto tuo potiere, tamque prosperos deinceps  
experiere successus, ut omnino parem in Philosophia non sis habiturus. Nunquam  
certe meo destituere praesidio, neque committam, ut Chrysippus Philosophorum argutis  
circuveniare, sic ut nunquam veru fidei trahit de seras, & per abrupta in praecips  
deoluare. Atq; ut ex mea istud munificetia, non tui felicitate ingenij promanasse  
cognoscas, paucis diebus ante quam fato concedas, omnium penitus rerum scientiam pri-  
uabere. Hoc ille tam blando mirifice recreatus in somnio, pristinas omnes religiosas  
vita deserenda cogitationes execratus, ab eo tempore vniuersas ingenij vires ad edi-  
scendam Philosophiam intendit. Ceterum est sedibus aetheristantia sapientiae repen-  
tina vim fluxisse neminem recte sentientem latere poterat. Etenim vix modico  
temporis spatio exacto, jam passim velut sapientissimus rerum naturalium scruta-  
tor cognitorque audiebat, & volitabatq; per ora hominum, adeo ut ad remotissimas  
quoque terrarum oras, nominis ejus fama peruaderet. Ceterum quamuis non  
minimum laboris & opera, in physicæ contemplationibus poneret, majus tamen  
in animo virtutibus excolendo, sanctoque regularum in instituto religiosus obserua-  
do collocabat. Incredibile enim memoratu est, quanto in orationis studium flagra-  
rit ardore, nunquam enim ejus satietate expleri posse videbatur, neque quidquam  
sui ei potius, quam studium orationis arripere, ad quod tanquam ad asylum ser-  
cipebat, priusquam reliqua scientiarum studia tractaret, adeo ut orationis praesidio  
fultus, ea facile rimaretur, & rimando penetraret, quæ nunquam ingenio, vel so-  
lertia rationum indagine potuisse assequi, idque in frequenti discipulorum cœtu libe-  
ter memorare solebat. Ejus etiam libri initio, quam summam inscripsit, afferit;  
plus ope precum, quam contentione studiorum, in sacrarum scientiarum cognitio-  
ne perfici. Quam quidem veritatem, auctoritate sapientissimi Salomonis egre-  
gie stabilit atque corroborat, dicentis; Optauit & datus est mihi sensus; In-  
uocauit & venit in me spiritus sapientiae. Albertus vero tantum jam tum do-  
ctrinæ famâ splendescere cœpit, ut præcipua quæq; magisq; inclita scientiarum em-  
poria, quæ vniuersitates dicuntur, non absens tantum nomine, sed præsens corpore  
adierit, à quibus non tam splendorem aliquem traxit, quam cumulate contulit.  
Ceterum primam Doctoris Cathedræ in Hildesimensi Saxonie Monasterio tenu-  
it, inde Vapingi, post Ratissonæ etiam doctorem duobus annis cum laude egit. Sed  
& Lutetiam Parisiorum famâ sui nominis & præstantiâ eruditiois impleuit, sic  
ut in numeri ad eum audiendum confluenterent. Cumque tantam discentium mul-  
titudinem amplissima illa scientiarum palestra, & augustissimum Musarum do-  
micilium, regio luxu & magnificentia substructum, capere nullo modo posset, pro-  
gressus

DE B. ALBERTO M.

gressus in forum spatiōssimum (cui nomen à suo nomine inditum, ad omnem posteritatis memoriam reliquit) nudo cælo quasi amplissima tectus umbella, animos suorum scientiarum cupiditate nimium quantum inflammatos, sapienter expleuit. Tantus enim illi inerat nitor sermonis, tam prudens verborum delectus, tanta rerum & varietas, & clara distributio, tanta grauitati mixta comitas, & vtilitati suavis mixta facundia, ut illud, ei, Horatianum non immerito posset aptari. Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Præterea vniuersos Auditores suos miro complectebatur amore, ac de eorundem profectu mirè laborabat, sic ut singulos in precordijs reposuisse, & imis condidisse medullis videretur. Ideoque cum hunc affectum ijs crebro monstraret, & ipsi gratas amoris vices magistro redentes, affectu majore, quam cuiquam credibili, in eum ferebantur. Denique & Agrippinam Coloniam profectus, innumeram quoque nobilissimamque discendentium ceteruam eodem secum pertraxit. Quanquam inter inumeros Audientium greges, vnicus ille Doctor Angelicus Thomas Aquinas, poterat ei esse instar omnium, de quo illud memorabile circumfertur, quod, cum tanto polleret ingenio, tamen coram Alberto, fari iussus, omnibus artibus contremiscebat. Verum enim verò tantum jam nominis splendorem consecutus, & tantā scientiarum cognitione praefans, cum Diui Pauli judicio, scientia, inflatum plerūque superbia typōnem generet, semper tamen sui similis, eandem religiose mentis demissionem, modestiamque seruabat. Erat igitur in eo viro tanta grauitati mixta comitas, ut nihil esset illo humanius; tanta pietas, ut nihil in diuino cultu religiūs; orationis autem studio sc̄ erat addictus, ut ex eo cuiusque religiosi hominū felicitatem pendere non imprudenter astimaret. Ad sacrosanctum Eucharistia sacramentum venerandum, teneriore quodam pietatis affectu flagrabat, quem egregie semper, quoties aliqua se obtulit occasio, vel scripto, vel sermone prodidit, ut patet in illius libro, de Missæ mysterijs inscripto, quem sapientes satis vel admirari, vel dilaudare non possunt. Opusculum quoq; de SS. Eucharistiā D. Thome non satis prudenter ascriptū, Alberti est, velut manuscriptus ab eodem Codex coloniæ seruatus indicat. Verum quām tenerā pietate complectetur Deiparam, matrem suam, utpote cuius præsidio omnis ejus & scientia & sanctimonia nitentur, explicari non potest, cuius laudes insigni Volumine prosecutus, eandem venuſiū omnino, quam vel Apelles potuisset, diuinus Encomiastes expreſſit, flagrantēmq; sui in eam amoris affectum, quoties incidisset sermo, etiam lacrimarū profusione testabatur. Iam verò quām religiose coleret admirandam Seruatoris nostri paſſionem, crucemq; quise Crucis bajulum profiteretur, quis satis explicit, cum Christi crucem omnium mysteriorum maximum, maximis laudū encomiū, paſſim in suis Voluminibus extulerit. Ideoq; crucifixum Colonie, Sanctorum reliquias exornatum in templo sui Monasterij statuit, & ad Episcopale fastigium subiectus, omnibus eundem pio religionis actu venerantibus vnius anni conceſſit indulgentias. Prouidit quoq; studiose, ut aliquo ex ipsa Seruatoris nostri cruce segmento potiretur, potitusq; igne probatū, auro gemmisq; inseruit. Dæmon autem virtutis

virtutis inimicus, non ferens in Alberto tam prospera virtutum incrementa, ter-  
riculamentis eum concutere voluit, & Monachi vultum vestitumque indutus  
pulsato prius cubiculi illius ostio ingressus, sed subito, ijs verbis, quibus a Saluatore  
nostro repulsa passus est, Vade retro Sathan, dictoque citius in fumos euanuit.  
Ceterum F. Iordanus, Generalis ejus ordinis Magister, Hierosolymam profectu-  
rus, Albertum primò, suā vice fungi, inde Provinciam quoque vniuersitatem Germanie  
praeesse voluit. Quod munus cum laude expletum, postea F. Raimundo Penna-  
forti, in Iordanii locum suffecto, depositus, iterumq. Philosophiam, reliquāq. studia  
repetens, licet etatis affecte, tanta cœpit alacritate tractare, quasi tunc primum  
ejus laboris vitaq. religiosa caperet exordium. Posito quoq. sibi ob oculos D. Domi-  
nico velut integratatis archetypo, non tantummodo virtutes ejusdem, pari passu  
nitebatur aquare, sed & sifieri posset, anteuertere. Quamobrem velut D. Do-  
minicus hujus religiosae familiæ princeps, multis eam Monasterijs auxit, in Italia, Gallijs, & Hispanijs, sic etiam ille in vastissimo amplissimique Germaniae regno  
eandem longe latèque propagauit. Toto verò eo tempore, quo prouinciam cum po-  
testate tenuit, omnia itinera, quamvis asperrima, pedes consecit, viatica pecunia-  
rum, utpote seuerus sanctæ paupertatis alumnus eximie s̄breuit, vietumque suum  
estiatim quæritauit, nunquam, ne vel minimam religiosæ disciplinae legem labefac-  
tans. Eandemque religiosæ vita formam vniuersis fratribus suis districte seruan-  
dam proponens, seuerum quoque se præbebat in transgressores censorem ac vindicem;  
in eos etiam, qui vel mendicando victimum non quæsitaissent, vel non incessi-  
sient in itinere pedites. Adeoque pio hujus studij ardore flagrabat, ut fratres  
sui, non solum exteriore morum integritate, Diuino Numinis, ac Superis gra-  
tos optaret, sed & exteriore mortalibus. Didicerat enim caendum esse diuini ver-  
bi preconibus, ne vox a vita dissentiret, neque illis tantummodo, qui eo tum mun-  
refungerentur; sed & reliquis Collegis, qui vel opis, vel aliquid opera, in eam rem  
conferunt, ne quod vox concionantis construeret, id vnius peruersi vita dissiparet.  
Commonebat etiam eosdem, ne tam verborum lenocinijs prurientes Audientium  
aures titillarent, quam exulceratas sceleratorum hominum mentes, liberâ ver-  
borum seueritate, metuque diuini judicij; ac tormentorum infernalium horrore  
sanarent. Primus ipse statuit, ut quotannis, ut minimum semel, abditas quisque  
conscientia sua latebras, Pralato in confessione pandaret, ut hac ratione pastor  
commisum sibi gregem non solum penitus cognoscat, sed etiam cognitum sapientius  
regat. Decreuit etiam, ne quisquam vel suas, vel alterius, vel paucas, vel multas  
pecunias, penes se, vel alium teneret; grauissimâ in eos pñâ propositâ, quicunque  
legem latam temere violarent. Adeoque ab hoc tenacitatis, vel, si ita loquifas est,  
proprietas virtio abhorrebat, ut ipse, nec codices suâ manuscriptos, de loco in lo-  
cum transferre migraturus auderet. Ita paup̄im sanctimonia sua famâ vulgata,  
Pontifici quoque Urbano IV. cognitus, & a Ratisponensi Clero pastor expetitus,  
Episcopali insula decoratur, licet obnitate acriter Alberto, Humberto vero etiam  
Generali totius Ordinis Magistro, cum suis lugente, se tanti viri præsidio destitui.

Cc

Verum

## DE B. ALBERTO M.

Verum cum summi Sacerdotis imperij necessario parendum esset, Albertus supremus se fascibus submittens, Romaque profectus expectabatur a suis audiens, sed ipse ut pompa, quam sibi paratam rescuerat, prudenter euitaret, cunctum noctis caligine tectus adiit, suorumque fratrum Monasterio est vsus eam nocte, velut hospitio. Vix dum exactis sideribus dies se mundo reddiderat, cum Cathedrale templum ingressus, statimque praesentium Canonicorum applausu exceptus, ipse genibus in terram fixis diu caeleste Numen precatus est. sed postquam fama, magnorum nuncia rerum Pastoris optati presentiam vulgasset, omnium etatum ordinumque concursu salutatus, Episcopalem Cathedram conscendit, & illus Ecclesiae gubernacula tractanda sumpsit. Et vero quamvis paroemia in homines novos & honoris insuetos, circumferatur, Honores mutare mores, tamen Alberti moribus aptari non poterat, cum eandem prorsus animi modestiam, demissionem, lenitatem, ceterarumque virtutum rationem, sicut ante monachus, tunc etiam Episcopus seruaret. Porro prouinciam suam a fidei vel morum maculis expandam obiens, non nisi delecta doctissimorum virorum coronam cingebatur. Rem familiarem suam omnem, ut pote quam in postremis locandam censeret, non proprio, sed alieno prudentium virorum iudicio arbitrioque regendam tradidit, sicque expeditus a fluxis atque caducis, proprias veri Episcopi partes ardenter amplexus, spiritualibus gazis cumulandis curam cogitationemq; omnem studiosus adiecit, ut quam plurimas lucratus animas, easdem caelesti inferret aeterno. Iam Urbano V. fatus concedente, & Clemente IV. in ejus locum suffecto, Albertus iterum ad amatos Rachelis amplexus, idem ad religiosae ritus & quietem vehementer anhelans, infulam sacram, sicut Urbano jubente, coactus sumpserat, ita Clemente precibus annuente, posuit. Agrippinam deinde Coloniam profectus, solitas scientiarum disciplinas tractauit, tanto laudibus omnium dignior, quanto fuit in ijs respuendis ejus modestia major. Tanto igitur virtutum splendore diffuso, de remotissimis quoque terrarum oris, in rebus grauijmis velut oraculum consulebatur, imprimisq; in restinguendis Illustissimorum virorum plus quam Vatinianis odijs, studium suu singulari probauit. Ita quo florente religiosissime peracto, ultimam tam tum senectatam fatigabatur, cum ecce (quo veritas oraculi, a Deipara quondam editi, veritas probatur) Albertus nobili frequenti audientium cetero septus, dum implicatas obscurissimarum questionum difficultates enuclearet, repente memoria & omnigena rerum cognitione destitutus, obmutuit. Recordatus tamen Mariani Vaticinij, ad auditores conuersus, & ne suum tam repentinum silentium vel admirarentur, vel ob id offenderetur, obtestatus, ejus rationem reddidit. Ita digressus inde, lacrimas omnibus elicuit, qui Magistrum velut funus efferentes, honorifice prosecutis sunt. Copiosissimos tamen pra reliquis imbris, Colonensis Antistes velut orbatus patre puer spargebat, neque cuiquam copia lacrimarum deerat, quibus honestaret has quasi funebres tanti Magistri sui, licet adhuc viuetis exequias. Ipse solus constans & secus intersingultus & lacrimas suorum, quasi pumiceos oculos gerens, nullam lacrimam molliter exprimebat, quin immolubens tam pia Dei Deiparae voluntati cedens, velut

velut alter Simeon, moriturus, in cygneas voces cum laude prorumpebat, gratias agens, affore propediem suum in caelos abitum. Expeditus igitur a studiis literarum, metem penitus ad caelium rerum contemplationes subleuans, eo premittebat cogitationem, quod secutur a haud multo post emittere gestiebat & anima. Ideoq; quotidie consuerat locu[m] sepulturae sua destinatū inspicere, ibi exequias funebres sibi met etiamnum viuo persoluere. Tandem satietate viuendi expletā fratrum suorum corona cinctus, eosdemq; ad omnem virtutē pio sermone cohortatus, & SS. Eucharistie viatico instruētus, cum vniuersa sua Philosophica & Theologica placita doctri- nāq; omnē Ecclesiae judicio submisisset, vniuersis copiose lachrymis ora rigatis, ipse placido mortis sopore potitus, debitā lucis usurā reddidit. Cujus viri morte vul- gata, tanto funus ejus omniū etatū, ordinūq; confluxu, tanto dolore, nec fæmineo tantū, sed masculine etiam v lulatu celebratum est, vt ejus morte facile insigne calamitatis doloremq; se sensisse testaretur. Prodigia verò, quæ plurima adhuc viuen- tem patrasse, certissimum est, tamen vel incuria scriptorum, vel injuria temporū, vel quod miraculorū multitudo propter eorundem frequentiā non estimaretur, ob- litterata, in tenebris ignorati & delitescunt. Corpus ejus Coloniæ in Monasterij sui templo cum eximio splendore conditū seruatur. Epitaphium illius ære & lamina inci- sum, quamvis inuenitum & inelegans, mendisque refertum, tamen amplam Magni nominis existimationem in signiter exprimens, sic habet.

Phanix Doctorum, pars expers Philosophorum,  
Princeps Doctorum, vas fundens dogma scrorum,  
Hic jacet Albertus, præclarus in orbe disertus,  
Præcunctis certus assertor in arte repertus,  
Major Platone, & vix inferior Salomone.  
Quem tu Christe bone, sanctorum junge corone.  
Annis bis denis, minus actis mille tricnis  
Quintā post festum Martiniluce molestum  
Omne petendo Deum transiit agens Iubilatum.  
Qui legit hos versus mox ad tumulum retrouersus  
Inclinaans dicat, collectam illam, Requiescat.

et 300  
XXX.

Hæc vita auctor, quibus addunt alij, corpus Alberti hodièq; sine  
\*labe tabeque illæsum per trecentos & triginta annos edurare, spe-  
ctariq; certum sancte custoditi pudoris argumētum. Habet juuen-  
tus documentum ex Alberto plurimarum virtutum, quæ proximè  
adolescentiam attingunt; innocentia, laborum, studiorum, pietati-  
s, religionis, quibus velut certis gradibus cælum aditur. Sed pluri-  
bus hodie alia omnia placent, donec in mortis limine serò ingemi-  
scant, & amissi temporis, actæ ætatis, pietatis & salutis jaeturam seri  
Phryges nec quicquam deplorent. Superi meliora. Scripsit Alberti  
vitam Rudolphus Nouiomagensis tribus libris Coloniæ editis c. 10.  
cccc xc. & Ioannes Antonius Flaminius Forocornelienensis lib. III.  
de viris illustribus è familiâ S. Dominici. Quæ contra hunc obijci-  
untur, Delrius, Trithemius, aliisque diluunt.

\* Sacraaria  
Colonia.

DE B. BERTOLDO.

B. BERTOLDVS

¶ S. FRANCISCI DISCIPLINA

RATISPO NENSIS.



¶ 15. CC. LX  
XII.  
Andreas  
presbyter  
Ratisp. lib.  
de Mon. Ba  
maria.  
Gonzaga  
in Franci.  
Plaut. 1.  
cas. pa. 46.  
Stero. an-  
noci 15 CCL  
& 15 CCL  
III.  
Aventin.  
lib. 2.  
\*Stero. an-  
no 15 CCL.  
\*Andreas  
presbyter.

Atale & fatale solum habuit Bertoldus Ratisponam, germanissimus S. Francisci alumnus, magistro virtutis vsus viro pari religione B. Dauide, quem ab urbe vocabant de Augusta, cuius religiosissima scripta super Augustae prodierunt huic Bertoldo summæ tum spei surcalo olim dedicata; quæ sane spes Dauidem non fecellit, cum adeò progressus est in caelesti philosophandi disciplina, ut doctorem suum superasse videatur. Tantum potuit in dicendo Christiana eloquentia, ut veluti philtro quodam traheret auditores, quorum interdum censi sunt sexaginta millia, interdum centum millia. Sic enim Andreas presbyter in descript. Monasteriorum Bauariæ: Anno Domini 15. CCL. frater Bertholdus natione Ratisponensis, Ordinis fratrum Minorum prædicare cœpit. Ad cujus prædicationem dicuntur aliquando centum millia hominum confluxisse. Hic sepultus est Ratispona ad fratres Minores, hoc habens Epitaphium.

¶ 15. CC. LXXII. XIX. CAL. IAN. OBIIT FRATER BERTHOL-  
DVS. MAGNVS PRAEDICATOR. HIC SEPVLTVS.  
LVCLAE VIRGINIS.

Laudatur idem in libro conform. vitæ S. Francisci ad vitam IESV  
parte 1. CHRISTI, & narratur miracula patrasse, interque Beatos \* à Gonzaga  
p. 93. numeratur. In se tabatur olim pro Cathedrâ, cum ad populum  
diceret, vitium acri & vehementi oratione, de quo sibi clam conscia  
fæmina quædam territa & exanimata metu in mediâ populi con-  
cione mortua subito concidit: tantus dolor simul pœnitentem op-  
presserat. Sed cum admonitu Bertoldi, omnes in genua fusi, pro salu-  
te miserè deprecarentur, reuixit, causamque mortis palam exposuit:  
jussam se in vitam redire, ut peccatum, quod exanimarat infelicem,  
confessione dilueret. Adiecitque inter alia, quæ coram ad tribunal  
supremi dictatoris mudi citata spectarunt; hoc tremendū sanè & nar-  
ratu horrificum, ne dicā spectatu. adducta simul eod. puncto tem-  
poris sexaginta animarum millia, quæ in omni orbe varijs casibus ex  
corporibus & vitâ ciectæ decesserant, trésque ex omnibus illis milli-  
bus ad piacularis purgatorij ignis flamas destinatas, reliquas omnes  
præcipi-

præcipites abiisse ad sempiterna inferorum supplicia & tormenta, vnum è cœtu S. Francisci transisse per loca purgatoria, secumque duos ex olim familiaribus ad cælum intactum ipsum deduxisse.

In MS. conuentus Monacensis hæc de eodem Bertoldo cognoscimus. 1256  
Hoc temporibus frater Bertholdus de Ratiffona Ordinis nostri eximius prædicator, exequens injunctum sibi prædicationis officium, tantum profecit vniuersitatem populi, quam Cleri, ut omniu[m] in cordibus & auribus fuerit admirandus.

In eisdem chartis anno 1190. & 1191. hæc de eodem traduntur.

Anno prædicto 1190. Calend. Decemb. obiit Reuerendus & religiosissimus Pater, Frater David in Augusta sepultus, socius Fratris Bertoldi de Ratiffona, qui scripsit libellum De exteriore & interiore hominis compositione, secundum triplicem statum, videlicet incipientium, proficientium, & perfectorum. & breuem expositionem super regulam fratrum Minorum, ut clarius habetur in ejus legenda, quam in majori Cronicâ posui. Hora obdormitionis ejus reuelata fuit Fratri Bertholdo actu Ratiffone prædicati, qui recommendans eum populo hunc versum: Qui pius, prudens, humilis, pudicus,

Sobrius, castus, fuit & quietus

Vita dum præsens, &c. in ejus laudem dixit. Et sequenti anno 1191. in festo S. Luciae Virginis obiit etiam feliciter ipse Frater Bertholdus de Ratiffona, Prædicator magnus in diuersis Provincijs, videlicet Thuringia, in Bohemia, vbi habuit interpretrem Fratrem Petrum cognomento Oderincium, sepultum in Glaz, & ibidem prædicavit Frater Bertholdus in campo sub tilia, quæ usque hodie dicitur Bertholdi, quam ego oculus meis vidi prope Glaz. Hujus prædicatoris verba utilia & magnifica facta, ut alterius Heliae, peccatores conuertentia ad Dominum fuerunt, Nam multos Vngaros conuertit, cum infideles Cumani multos seduxissent. Verbum ejus quasi facula ardebat. Posuit enim Deus in ejus quasi gladium acutum. Super caput ipsum, in Thuringia a fide dignis religiosis utriusque sexus, cum secundum morem faceret, plures coronæ fulgidæ videbantur. Hic sepultus jacet in Ecclesiâ Fratrum Minorum Ratiffone, juxta murum versus ambitum, & pluribus miraculis a die transitus sui claruit, sicut latius continetur in majori Cronicâ. Hæc chartæ

Monacenses.



DE B. MARQVARDO.  
B. MARQVARDO  
FRANCISCANVS  
MONACHII.

Ex Man. S.  
Monasterij  
S. Franci.  
Monachij  
Gonzaga  
in Scriptoriis  
ea historia



Arquardus è S. Francisci Conuentu Sodalis, domestis-  
cis operæ negotijs addictus, longa morborum tolera-  
tiæ exercitus eo progressus est sanctitatis, ut numen  
testis ipsius virtuti adstipularetur, cū ad sepultos ipsius  
cineres multa multorum vitia corporum emedarentur;  
aliisque tabes oculorum abstergeretur, alijs dies  
reduceret, alijs elephas tolleretur, alijs elapsi in prauum artus integra-  
rentur, & ad usum suum conuerterentur, quemadmodum ex M.S.  
Codice discis.

Eodem anno 110. CCCXXVII. In Monaco Urbe Bauariae obiit frater  
MARQVARDO VVEISMALER (sic habet Cod. M.S. non Meismaler,  
sicut impressi) Ordinis Minorum, vir mira patientia & devotionis. Hic cum  
multis annis esset infirmus & contractus, peruenit ad tantam perfectionem, ut  
post mortem multis miraculis coruscaret. Nam puellam cæcam illuminauit, tres  
contractos sanauit, & filium cuiusdam aurifabri de Monaco ad sepulchrum ejus  
orantem tempore beatæ memorie Patris Ioannis de Capistrano, ac alium quendam  
a dolore calculi totaliter sanat, deuotas personas ad ejus sepulchrum, pro suis an-  
tibz nunc est gustijs orantes, & patrocinium ejus inuocantes consolatus est. Sepultus fuit juxta  
mausoleum Fratrum altare S. Georgij in dicto Conuentu, cuius ossa de tumulo levata sunt, anno Domini  
110. 10. v. post ejus obitum 110. 10. liber habet CLXXIII. sed aberrat  
numerus eleuatus enim esset 110. 10. in profecto S. Felicis Papæ & Mar-  
tyris. Cippo illius seu faxo jam rupto, hic epitaphios fuit inscriptus.

Condita MARQVARDI penes hoc altare Beati  
Offa peregerunt mira fauente Deo.  
Ex utero cæcæ lux redditæ clara puellæ est:  
Sæpius infirmis hic quoque parta salus.  
Qui patiens, humilis, contemtus vixit & ager:  
Post sua MARQVARDO funera tanta potest.

B. MAR-

## B. MARQVARDV S. FRANCISCI FAMILIA.



Patria chara tuas sensit, MARQVARDE, medietas,  
 Agro portari non tibi passus opem.  
 Quia nobis tam longa sacras, ô DIVE, fauillas  
 Fata sub extinctis occulere rogis?

Excute frigentes tacito de puluere MANES,  
 Et delata suo nomina reddde loco.  
 Dona negant SVPERI nobis, cum vota topescunt:  
 Dona ferunt SVPERI cum caluere preces.

B. FRI.

B. MARCVANVS & S. FRANCISCVS FVNIVIA



...p...  
...p...  
...p...  
...p...  
...p...

...p...  
...p...  
...p...  
...p...  
...p...

11.11

B. FRIDERICVS. E S. AVGUSTINI FAMILIA.



Nome Tagazeni Patris miraris aluminum,  
Prodigij ausum vincere secula patrum?  
Ingeniose albas i munc ride improbe mentes,  
Et nullam priuater te saquisse puta.

Ingenio chartas imple mirabilis orbis,  
Atq; illud vulgi quere superbus, HIC EST.  
Non malim: QVIS SANTVS HIC EST, tam charus olympos?  
Cui sua concessit proxima tuta Deus!

B. FRL



## B. FRIDERICVS

## RATISPOENSIS.


 Ridericus ē S. Augustini sodalitate Ratisponæ vixit, Conradus  
Schleierma  
Prior adS.  
Aug. Ratisponæ interque suos quamvis illiteratus, rerum tamen diuinarum cognitione & dignatio neminem postremus, docuit quanto Deo gratiora sit simplex obedientia, cura pauperum, casti mores, quam multa varia & exquisita scientia. Depictam argumentis in pariete ædis sacræ, & tabulis etiam æreis expressam spectauit, & mirificam Friderici virtutem multis & magnis prodigijs contestatam legi. Effusus erat in miseros, & infuso saepe Cænobij præside annonam egentibus porrigebat. Occurrerat olim Prior cum panibus, quos esfuriensibus ante fores Monasterij destinarat, roganti, quid sinu gestaret, mutatos ex templo panes in cædua ligni schidia exhibuit, & mox in suam redactos naturam roganibus præbuit absumendos. In cella alias vinaria, dum extracto epistomio intrâq; cingulū condito in subiectam obbam vinum duceret, quod accubitus in mēsam propinaret, subito Cænobiarçæ voce citatus, nec occluso siphunculo ad vocantem aduolat, quærítque, quid se velit. Territus Prior animaduerso intra Zonam epistomio cum illo recurrit ad cellam, canalem videt apertum, nec quicquam tamen liquoris inde profluere. sensit illico prompto Friderici obsequio prodigium illud à D E O editum. Brama 18.  
pore. Pautuit ex alijs quoque mirandis illius sanctitas, & mediâ hieme cœlestis internuncius Friderico rosas in altari posuit, quas ipse suo moderatōrī miranti & stupenti attulit. Occupatum olim in lignili, velhemens Eucharistiæ desiderium incesserat, cùm interim sacerdos sacris operatus animaduertit sibi de altari sacram hostiam, aut, vt reor, partem hostiæ subductam, quam anxiè circumspiciens, diuque requires tandem intellexit à cœlite Friderico impertitam. Ad ægrum quoque excubanti, parumque cōniuenti adfuit cœlestis administer, qui per diuinam speciem Fridericum solatus, decubentem interim sanauit. Ad extreum haud pauci feruntur ad funeris contum curati. Gratior nempe superis est simplex pietas, quam erudita superbia. Vixit anno c 15. cccxxix. locum conditorij ipse coram nuper cōtemplatus, viro S. honestiorem tumulum optauit.

-Dd

B. IOANN.

DE B. IO. CAPISTRANO  
B. IOANN. CAPISTRANVS  
è S. FRANCISCI ORDINE.

circccc  
LVI.  
Chro. M.S.  
Monacensis  
Cenobij.  
Aeneas  
Silvius his-  
tor. Bohe.  
cap. LXV.  
Idem in de-  
script. Eu-



Llustrauit hoc quoque fidus Germaniam terram & in hac Ratisponam & Augustam Ioannes Capistranus, à Nicolao V. Callisto III. in Pannonias & hasce nostras regiones allegatus. Cognomen tulit à patrio solo Capistrano Aprutij oppido. Duabus maximè re-

bus æuo suo pleròsq; omnes mortales præstabat, ex-

cellenti doctrinæ, fuit enim omnis juris diuini a chumani consultis-

rope, cap. VIII. Bonfinius Dec. III. l. VIII. Gonzaga in Austria & Argentinæ prouinciæ, pag. CCCLI. Christophorus de Ra-

rusio. Hieronymus & Nicolaus de Tana, Blondus, Platius, Trithemius, Matthias Palmerius, Ioannes Taliaconius, Petrus Ruddi-

phus, Henricus Sedulius ad vitæ S. Francisci, Albertus Myrus M.CDLVI. Claudius Nigrinus pafum in explicat. Regulariæ son-

IESI.

simus, & vitæ morumque innocentia cum admirabili ardore rerum diuinarum conjuncta, quam & miranda ejus opera extra & supra ordinem naturæ perpetrata attestantur. Magistro vitæ & disciplinæ usus est S. Bernardinus, à quo cælestes sapientiæ fontes hausit. In sanctissimo Florentinorum Patrum confessu velut sol quidam Ecclesiæ effulgit, & in æde principe ad Ecclesiasticos ordines e superiori loco verba fecit, volumenque quod SPECVLVM CLERICORVM inscripsit, in memorias hominum dedit, quod hodieque teritur. ac deinceps alijs atq; alijs ingenij monumētis, quæ sacri juris scriptorib. sunt inserita, orbem terrarum illustrauit. Quatuor Pontificibus sumis gratissimus, Martino Quinto, Eugenio Quarto, Nicolao V. Callisto tertio. Demum in Vngariam legatus ad Taurunum, seu Belgradum victoriam precibus & militum adhortatione Turcis non semelextorsit. Viennæ populi mores corredit, apud Morauos, Bohemosq; Husitarum hæresin & vim coercuit, magnumque numerum ad Romani Pontificis auctoritatem traduxit. In superiori Germania pleraque omnia oppida concionibus per interpretem adjuuit, quo tempore etiam Ratisponæ Cathedram ascendit, & usitato sibi ardore populum ad æternæ vitæ spem erexit. Lapsam etiam suæ familiæ disciplinam, ad primam pietatem reuocauit. Erit operæ vnius & alterius scriptoris fidei cauſa, verba subdere, ut qui vir Capistranus fuit ex aliorum quoque auctoritate intelligatur.

In his toris  
Bohemica  
cap. 65.

Aeneas Silvius illustris historiarum scriptor Pius postea II. P. M. de Tauruni obsidione hæc de Capistrano. Ioannes Capistranus Ordinis Minorum professor, vitæ sanctimonia clarus, ea tempestate Hungaros in arma publicis sermonibus excitabat. Qui ubi appropinquare Turcas accepit, nihil moratus

## B. IOANNES CAPISTRANVS È SODAL.B. FRANC.



Hic Francisce tuus miles, tua signa per orbem  
 Nominis ingenti cum pietate tulit.  
 Nunc inter promachos sine telo tela repressit,  
 Et cruce perculxit signa inimica crucis.

Alea damnata est flammis, talisq; latroq;  
 Totaq; chartarum plastra cremata foci.  
 Si purgare iuvat monsfris feralibus orbem,  
 Mille CAPISTRANOS, Cerberus ipse tremet.

Dd 2 moratus

JOAKIM GARNIERUS E SODERBIRGEN



moratus in Albam se contulit hand paruam cruce signatorum manum adducens. Describit dein oppugnationem Vrbis, virtutem Capistrani & Huniades, demum concludit. *Felices animæ quibus tam claro peracto pretio, tanto populorum fauore, quæsito ægra relinquere corpora datum est.* Nam paulo post Capistranus extinctus est, cujus tamen notauit studium gloriæ cùm scripsit. *Spreuerat Capistranus saceruli pompas, fugerat delicias, calcauerat avaritiam, libidinem subegerat, contemnere gloriam non potuit.* Hoc notauit Siluius in Capistrano, quod in descriptione pugnæ ad Taurunū nullâ ipsius fecerit Cardinalis legati, nullâ Huniades mentionem, sed Deo quidem auctorí victoriam in acceptis retalerit, suâ tamen operâ omnia esse gesta affimarit. Idē ferè de eod. in sua <sup>\*c. 8. de E. 8.</sup> <sup>rope.</sup> <sup>Dec. III. 1. 8.</sup> historia tradit. Sed enim nec Huniades Capistranū laudat in ejusd. prælij enarratione, vterq; Deo laudē gratulatus. Bonfinius multò illustrius de ejusd. virtutibus encomium conscripsit: *\*Quin & Ioannem Capistranum, inquit, è Samnitibus editum, ac Diui Francisci sacris initiatum. præterea virum sanctissimum & ad excitandos ad id populos dicendi copia & vita probitate nimis idoneum in Alemanno, Vngaros, Polonoſque miserat, qui ad Salutarem expeditiōnem sacris declamationibus homines hortaretur.* Hic ne minorem quidem sanctitatem prædictum Iacobum Picentem ejusdem Collegij Sacerdotem sibi sōcium adscivit, qui in sacra peregrinatione quum Padū ambo traijcere vellēt, & a portitorie pertinacissime repelleretur, quia interdicta è diuino dogmate pecunia carerent, quam pronaulo darent, in diffusum super vndas pallium cum Comitibus cōfēdere, & veluti quadam naufragij tabula, in ripam alteram non sine auarij stupore portitoris diuinā ope tutius translati sunt. *Quum in Austria & Germania venissent, in primis Diui Francisci religionē mirifice propagarunt. Multa in Noricis, Germani, Sarmatis & Pannonibus huiuscē religionis Collegia, templaque fundarunt, languente Dei cultum & timorem instaurarunt.* Et quæ ibidem sequuntur. Vbi vero mortem ejusdem tradit, affirmat relatum in censum Calitum, crebris auxilijs è cælo mortalibus præstitis, & anathematis signatis, sanctitatem præteritæ vitæ contestantem.

Gonzaga pluribus locis Capistranum cōmendat in Argentinā prouinciā, sed maximè in Austriaca, cuius verba subscrivo.

B. etiam pater Ioannes Capistranus hac eadē in prouincia multa miraculorū centena, dum sacras conciones, quibus triginta aliquando hominum millia interfuerū in publica platea Viennæ haberet, diuina virtute edidit. *Insuper & septem mortuos ad vitam reuocauit.* *In omnibus præterea Germanie ciuitatibus, cum maxima omnium admiratione, concurſu & miraculorum operatione fuit concionatus, præsertim vero Augustæ Vindel. Spiræ VVormatiae, Norimbergæ, Ratiffone, Erfordia, Bambergæ atque Lipsia. Id ipsum quoque præstisit in multis Vngariæ, Boemie, atque Silesiæ Vrbibus. Turcis etiam fuit flagellum, & virga ferrea. Trina*

DE B. I.O. C A P I S T R A N O

siquidem vice auctor extitit, ut relicta in Christianorum manibus ante Belgradum victoria receptui canerent. Quia tamen de admirabili ejus vita, gestis & sanctitate integer extat libellus, hec de praelaris ejus virtutibus dicta sufficiant. Hac Gonzaga. Si virtus vnius viri religiosi tantum potuit, quid non possit vniuersa religio, si multos huic pares alat. Subscribam pauca de ejus obitu ex Epistola ad Eneam Siluium à Capistrani sodalibus data, ex M.S. Conuentus Monacensis exscripta. Anno Dom. c. 15.

CCCCLVII.

*Autores  
huius epi-  
stole, Chro-  
nophorus  
de Varano.* Anno Domini c. 15. CCCC LVII. scripserunt socij beati Ioannis de Capistrano  
de ejus obitu ad R. D. Eneam Siluium Cardinalem. Tum post exordium  
epistolæ hæc subduntur: Non enim fert tempus, non finiunt occupationes, non  
patitur longa series pigritanti calamo breuiter explicare, quibus, quot, quan-  
mus de Fa-  
tisque laboribus prædictum patrem nostrum suscitauit ardens pro fide desideria-  
ra.

*Nicolaus  
de Parra.* um, immensus pro Christiana religione Zelus, totiusque fidei orthodoxæ profes-  
quis totam Etus, posteaquam & R. D. Legatus & S. Dominus noster sibi crucem in hostes cru-  
cibus. *Etia* cis prædicandam commisere. Tot enim suis vehementibus prædicationibus contra  
nobis de Christi hostes euigilauit dormientes, ut sola hac proclamatione in omnem fere ter-  
raram diffusa, plerique hominum ad sumendum crucem conuolarerit, quodam diui-

\* *Alba Gre-  
no incitati præsagio.  
ea Belgra-  
dum.* Ecce dum res magis magisque feruet, impedit castellum  
★ *Nandor albam Ungariæ Regni clauem, nephantissimus Turcorum imperator,*

maximo exercitu incredibilibusq. bellicis rebus munitus, ut eo potito facilis ad ceteras orbis partes aditus sibi pateret. Cumne Christianæ religionis & reipublicæ excidiū considerans, timensq. salutis populi Dei præfatus pater noster, vitæ penitus exposuit  
protuendo Christi Iesu nomine, quam sapientissime publicè denuncians populus: Vt inam  
inquietabat, omnis ruina, omneq. infortiū Christianis imminent super me caderet,  
& periculo capitis mei humanum genus Christum Iesum in veritate sequens sal-  
uum fieret. Exilijs irreuocabilis ad martyrium spirans gentium periculis obuiatu-  
rus. Currit, clamat, vocat ad opem ferendam omnes. Hos enim presentia com-  
\* *in* monet, illos literis aduocat, hos denique nuncijs admonet, ne \* discriminante tanto  
deficiant. Non eum astus, non solis ardores, non tenebrae, non fames, non siti,  
non somnus, non senectus, non debilitas, non amicorum suasio, a continuis discursi-  
bus celerrimisque reuocarunt vsquam. Ad castrum tandem multitudinem  
gentium congregauit, ubi aduersus hostes prior cum tribus turmis egrediebatur,  
optans ibidem palnam martyrij prorsus consequi, quam diu quæsivit. At prote-  
ctor clemens Deus noster famulum suum protexit, hinc a circumstantibus sagiti-  
tis, inde ab emissis iaculis, illinc a stridentibus machinis, istinc denique a varijs  
bellorum telis in Christianorum necem excusis; attende quæso P. R. quis ejus ami-  
mi feruor fuerit. Etenim cum sapientissime a socijs interpellaretur ne in mortem  
rueret, inter inimicorum cuneos ad hanc rem aiebat. Vt inam hic pro Christo mori-  
riar, Quicunque, inquit, propter Christum Iesum mori parati sunt, me sequantur.

Pest

Post crebras tandem congreßiones; post acerbam utrinque stragem; post Caſtri diruptionem ad inuocationem nominis IESV, ac ob preces ſeuorum ſuorum diuina pietas Christianis victoriam (Turcique conflictum) cœlitus procul dubio eſt <sup>Teucris</sup> Teucris a dignata donare. Proſtratis demum tergaque vertentibus <sup>Teucris a</sup> <sup>rat scriptum.</sup> Turcis in Nandoral- ba pater ipſe moram traxit, ubi diuina visitatione morbo agrotare cœpit, febribus videlicet quotidianis, & irreuocabili corporis fluxu. Voluit ſiquidem ipſe Deus optimus, ut breue ſanguinis martyrium, quod maximopere cupierat, effugeret, & diuturnis agrotationibus tanquam aurum in fornace purgandus probaretur. Quid nam dicam. Sustulit enim forti animo languidum, attenuatum, & exile corporis ſculum illud LXX. & unum etatis annos habens a ſexta Auguſti usque ad XXIII. Octobris diem Maria languorum genera, laudans ſemper benedicens & glorificans Deum, qui ob demerita mea inquiens me pie longe minus, quam mereor cedit. Angebat ſiquidem illum continua febris, inſanabilis fluxus, <sup>\*Hemoro</sup> <sup>rhoidum.</sup> moroſdarum grauedo, lapilli & arenarum paſio grauiſ illum dolor, femorumque fractura, ut miſerando Dei ſeruo probe præciniuſſet vates Maro.

Optima quæq; dies miseriſ mortalibus cui

Prima fugit: ſubeunt morbi, triflisque ſeneſtus.

Et labor & diræ ſubit inclemencia mortis.

Languebat, igitur corpore ac ſpiritu, & diuina illustratione vigebat. Qui etiam agrotans in Caſtris aut in bello mori penitus affectabat. Cognoscens denique nonnunquam diuino prorsus oraculo hac eadem infirmitate oportere ipſum obdormire in Domino, ſepius confeſſionibus inuigilabat, ſanctissimam ſuſpirans ab imo pectore, lachrimansque ſumebat Euchariftiam. Non in ſtratu aut mollibus, ſed in paupiamento iacens. Postremoque ſacra perungi uincione voluit, animamque DEO omnibus cum cæremonijs ac debitissimis ſolemnitatibus commendari, letus & ſenſu viuidus usque ad extreum peruerans ſpiritum. Adeo enim vigebat in languido corporis ſculo viuax ſenſus, ut penitus intentus deuotis lectionibus ad animæ commendationem errantem in legendo Sacerdotem ſapenumero emendaret, ac nobis ſemper eleuatis ac plaudentibus manibus responderet, Sancta Maria ora pro me: Sancte Michael ora pro me &c. deuoto magnoque animo usq; ad finem peragens. Reddidit autem animam creatori XXIII. Octobris circiter XXI. horam dum ad vespertas Sabathi pulſaretur, ita ſauiter & quiete, ac ſi ſtuderet ſopori paulatim ſedare. Hic autem lacrimas abunde effundebant fratreſ, laudes ejus virtutēſq; non mediocres commemorando, aiebant enim: Quanto bonus hic pater ſtudio Eccleſiam Dei tutatus eſt. Quam ſeuere in hostes Eccleſiae procedebat, quam laudabiliter per XL. & ultra annos in obſeruantia regulari peruererauit. Quanto Zelo animas DEO lucrari ſatagebat, XXXIX. annis verbum DEI indeſeſe diſeminans. Quantæ gloria ordinis ſuo fuit, auxiliumque ordinem. Quam mature & profunde ſingulas ferre diſciplinas tenuerit, Quanta vita paſtimonia vixerit, quantis vigilijs, Quantis orationibus, quantis ſtudijs, quantis

Dd 4 consilijs

D E B. I O A N. C A P I S T R A N O

consilijs & diuinis operibus incubuerit; Quanta gratia & diuino munere claruerit, quanto feroe ad martyrium cucurrerit; quantis denique virtutibus eum Deus optimus cum omni admiratione donauerit; Postremo quam D E O facit gratias, \*perinde. quamque hominibus acceptus hi non desnebant praedicare. Ad Ecclesiam \*deinde delatum est corpus illud per dies aliquot insepultum permanens, ita clarum iucundum, & quasi arriden tractabile & flexibile per artus singulos, ac si gaudens viueret; quod videre illud opera precium erat, commota illico omnis est Cuiitas. Velut ad Apostolum ingenti cum deuotione confluabant. Contestati sunt postea plurimi varijs languoribus languentes infirmos dona DEI & sanitatum munera per merita ipsius aut voto aut visitatione impetrasse. In arca lignea undecunque serata e clauibus quinque cum catenis clausa & sigillata supra terram in conuentu nostro obseruantia regularis S. Marie de Hvvilack iacet, ubi magnificus baro Nicolaus \*Vayuoda ornatum parat, sepultum in quadam circumclusa capella. Sequuntur plura, sed huc parum facientia.

\*Vayuoda. Vixit annos LXX. ut tradit Henricus Sedulius e S. Francisci sodalitate, vir in primis elegans & eruditus, obiit C 10 CCCCLVI. Itaque procul vero est Petrus Rudolphus, qui natum ait C 10 CCC LXX. extinctum LIII. utrumque mendosè. Nam C 10 CCCCLVI. obiisse certum est ex bello Pannonicó, cui interfuit eo ipso anno ad albam Græcam. Vixisset annos supra octoginta, quod Sedulius refutat, cum septuagenarium affirmat in Capistrani elogio, quod juuat apponere.

Capistrani (que Marorum ciuitas) nobili genere natus est. Perusia IV. magno profectu studens, oborta seditione, in carcerem iterato conjectus fuit, cum hactenus vanè transegisset etatem. Tunc cœlesti voce monitus ad Ordinem Seraphicum capiendum: duce Religionis frugalitate, quantum prius vanitatis & superbia fuerat exemplum, tantum postea modestie & humilitatis speculum euasi. Continuis ac pene cottidianis concionibus tota propemodum Europa, annis quadraginta, multos hereticos, Hussitas, Iudeos, Saracenos ad pietatem induxit, sermones ejus Domino confirmante sequentibus signis. Turcas Albam regalem (quod Taurunum olim, nunc etiam Belgradum appellatum) in Hungaria, magnis copijs & apparatu militum tentantes; contractis autem multis Germanorum, Hungarorum, Polonorum milibus suo hortatu, consilio, ductu, etiam (mirum!) sagita cælitus demissa, & aureis his verbis inscripta; ESTO CONSTANS IOANNES! altari cum sacrificaret illapsa, confirmatis profligauit, ostensaque prælato Crucifixi salutari signo militibus fortissime pugnantibus; & dulci nomine IESV, ad exemplum S. Bernhardini, cuius discipulus sectatorque fuit. Mortuus est eodem anno parte victoriae C 10. CCC. LVI. aetate septuagenarius. Qui quamvis publicè inter Diuos relatus non sit: tamen quia viuus mortuusque multis miraculis coruscavit, Leo X. Pont. Max. in diœcisi Capistranæ cœlestes honores

nores illi habendos decreuit. Iure quidem: nam cui ascensus patet in cælum; quamvis maxima, debito tamen minora sunt, quæ tribuuntur in terris.

Multo plura cum ex Gonzaga, tum alijs scriptoribus, quos ad oram initio vitæ laudaui, possent adduci. sed nobis hoc breuiarium ipsius vitæ hoc loco sufficit. Illud addam, expressum legi numerū de curatis partim mortuis, partim moritutis. Ex illis ad officia vitæ reuocatos supra triginta: ex his aures apertas surdis trecentis septuaginta; ora mutis sex & triginta; oculos centum viginti tribus, vitia pedum vel articulorum correcta, seu tristi podagra, seu cruciabili chiragrâ, seu turpi claudicatione laborarent, nongentis viginti: aliorum morborum nullum numerum iniri potuisse. Epitaphios hic illi, simplex quidem & parùm ex lege Prisciani scriptus, sed sincerus fertur.

Hic tumulus seruat præclara laude Ioannem,  
Gente Capistranâ fidei defensor & auctor;  
Ecclesiae tutor, Christi tuba, tum Ordinis ardens  
Fautor in orbe decus, tum veri cultor & equi  
Et vita speculum, doctrinæ maximus index  
Laudibus innumeris jam posidet astra Beatus.  
Vixit annos XCI. M. III. D. XXII.

F I N I S.

# INDEX RERUM.

## A.

- Abbas *anonymus* incendio extictus, cū ferreā catenā reperitur. 134. b. Tumulum ejus imprudenter calcans punitur 134. b  
 Abbas *Augia* diuinitis *S. Pirminius* 59. b  
 Abbas *Ebersperga* *S. Reginbaldus* 114. b  
     *Augusta* ibidem.  
 Abbas *Biburgi* *S. Eberhardus* 133. a  
 Abbas *I. in Altonis cānobio, Alto* 68. a  
 Abbas *Batauia* *Bojorum S. Seuerinus* 26. b  
 Abbas *Eluaci* *S. Wičterpus* 50. a  
 Abbas *Altachij* *S. Godehardus* 109. b  
 Abbas *Ratispona* *B. Ramoldus* 119. b  
 Abbas *Prüfeningensis* *B. Erminoldus* 124. b  
 Abſtinentia *B. Guntheri* 112. b  
